

II.A. 8/a.

1875. IX. 34.

Dar W. Dr. M. Swietyna  
z Kowna 1875.



Biblio. Jana.

171 kilasyey.

**TOTIVS OPERIS INDEX.**

**VITA HIPPOCRATIS EX**

Sorani Historijs excerpta;

**Eiusdem Hippocratis Coi Medicis**

corum omnium longe Principis Aphorismorum  
antique, & Nicolai Leonicen Vicentini recente-  
tioris interpretationis Lib. VI.

**Præfigitorum sive Pronosticorum**

Hippocratis antique, & Gulielmi Copi recentio-  
ris interpretationis Lib. II.

**Hippocratis de Legi liber,**

**Eiusdem de Mente Schiue libellus.**

**Eiusdem Secretorum liber.**

**Eiusdem Capsula eburnea.**

**Eiusdem Iulurandum,** his ideo  
annexum, ut naturi Medicinae operam, quales  
esse debeant, ab ipso Hippocrate discant.

**M.D.XXXII.**



*Invento Catalogo Societatis in Seologicis  
Allegy Nienzen*

SIGILLUM  
SOCIETATIS  
MEDICAE  
NENZEN

EPIGRAMMA AD LECTOREM  
Mart. Cro.

Artis Apollineæ quicunq; oracula nosse,  
Et medicus credi nomine reg; cupis.  
Corpora seu cupias, qua sint habitudine nosse,  
Seu quæ conueniens cuiq; diæta siet.  
Siue uelis nocui causam cognoscere morbi,  
Siue latens signis eliciuisse malum.  
Pellere seu præsens, seu uis prohibere futurum,  
In cute seu perstet, uiscera siue premat.  
Hos legit Hippocratis lector studiose libellos,  
Spe maiora feres commoda, crede mihi.  
Limpidus hic fons est medicinae, & maximus au-  
Gracia cui titulos reddidit Hercules. (tor,  
Protulit hic fœtus medicorum examina multa.  
Ut lönipes robur Troius Argolicum.  
Quem tibi nunc tersum profert pulchriq; politi,  
Paonia præstans arte Vedelicus.  
Hinc igitur responsa petes Phœbi, atq; Sibylle,  
Certa magis dictis, Cornigeriq; Dei.



M

E  
U  
S,  
U  
P,  
L  
I  
T  
**R** Euerendo Dño Ioanni Andreas  
de Valentiniis Mutinensi, Artium &  
Medicinæ Doctori excellētiss. Sando/  
miriensi & Trocensi Præposito, Cano/  
nico Cracouieni, ac Regiae & Reginalis  
Maiestatum Poloniæ Physico, Petrus  
Vedelicius Oborniceñ, Artium  
& Medicinæ Doctor, Con/  
sul Cracouien  
*La littera* *L. Salubr.*  
S.P.D.

**V**OCATVS AD  
Medicæ artis pu  
blicā professionē  
in hoc præclaris  
simō Regiae Ciui  
tatis Cracouien/  
sis Gymnasio, in  
quo sapiētes, et doctissimi viri, omni stu  
diorū & doctrinæ genere plurimū pol/

ij



lent excellentissime Doctor, hæsitabam aliquâdiu,  
quidnâ ad studiorû utilitatem prælegédum mi-  
hi foret: multa eni optima se simul mihi offerebâr,  
in hoc diuite campo, inter quæ, tametsi Principis  
quarta Fen primi, magis mihi arrisisset, q̄ hæc pars  
überius cæteris in uniuersali medendi arte com-  
modū, afferre uideatur. Quia tamē Collega meus,  
multo iam ante eiusdem quartæ Fen explicandæ  
sibi prouinciam assumpserat, indecorum mihi ui-  
sum est, illum, de me alioqui probe meritum, in hoc  
suo ipsius instituto, distrahere & impedire: præser-  
tim, q̄ paulum dispiciens mihi, primus omnium  
Philosophorum ac Medicorum Hippocrates, ora-  
cula sua, quæ alijs Aphorismos uocant, tanq̄ scopū,  
ad quem meam deliberationē, studiumq̄ & ope-  
ram dirigerem, mihi obtulerit, tuis auspicijs expli-  
canda, quæ una cum alijs eiusdem Hippocratis o-  
pusculis, lectu & cognitu iucundis, Pronosticorum  
uidelicet, & Secretorum. Item de Lege, ac de Mente  
Sensuue, adiuncta illis formula Iurisfundi ipsius  
etiam Hippocratis, uirtutis & integratîs eius opti-  
mo testimonio, imprimenda ad communem uti-  
litatem tradidi. Videbatur mihi porro satius, lon-  
geq; optimum, ab authore breuiloquo, eodemq;  
grauiſſimo & Medicorū Principe, q̄ a quoq; alio  
prolixo, meam lectionem auspicari: uel hoc in pro-  
spectu habens, ne materia longis uerborum peri-  
odis conglutinata, tedium & nauseam Lectori per-

Galenus de Tus-  
enda Sanitate  
lib. 4. Aphoris-  
mos Hippo.  
uocat oracula.

spicaci ingereret. Vtramq; autem traductionem,  
nouam & ueterem, tam Aphorismorum q; etiam  
Pronosticorum, simul connexui, ut quantu altera  
praefest, & aliam explicit, Lectores cognoscant &  
intelligant. Ad te uero uirum singulari uirtute &  
humanitate praeditum, ac multo rerum usu consuls-  
tissimum, ea ipsa opuscula destinaui, a me diligenter  
recognita, & tanq; selectos quosdā ex uarijs pratis  
flosculos, in pulcherrimū uiridariū redacta, simulq;  
cōnexa, ut tuo nomine et auctoritate, qua plurimū  
præstas in publicū prodeat. Adiūctetur siquidē illis,  
non parum fauoris ac dignitatis, ex tua excellenti  
doctrina & uirtute, cum omnes existimaturi sint,  
quicquid ad te deferatur, emendatum, omnibusq;  
numeris absolutū esse debere. Certo mihi & Me-  
dicinæ Tyronibus persuadens, si in huius uiridarij  
parua hæc septa discendi gratia secesserint magnū  
fructum, & rerum cognitionem, cuius præstantissi-  
ma pars a Medicis tractatur, uerborum miro com-  
pendio & parsimonia, inde relatuos. Ratus insu-  
per, tibi uiro ornatissimo, cuius nomini hæc inscri-  
pta sunt, me rem nō ingratā fecisse, uel saltem ali-  
quod indiciu, mei in te animi, meiq; officij, atq; ob-  
seruantiaz tibi præstitisse, pro eo beneficio mihi per-  
te exhibito, q; cū te penes esset alterū Physticum,  
in locum prioris uita functi. Serenissimo & cle-  
mētissimo Principi & Domino, Domino SIGIS-  
MVNDO Regi Poloniæ, regalibus omnibus uir-

tutibus, gloria, rebusq; gestis inclyto, & Serenissi-  
mis eius liberis, ad tuendam & cōseruandā eorum  
bonam ualeitudinem surrogare, me uiribus longe  
imparem, non solum ad tantū munus obeundum  
delegisti, sed etiam apud Serenissimam Principem  
& Dñam, Dñam BONAM Reginam, Reginali  
grauitate, animi magnitudine, prudentia, & ceteris  
uirtutibus, modis omnibus incomparabilē, ac apud  
Reuerēdiss. Dñum PETRVM Tomicium Præ-  
sule Cracouensem, & Regni Poloniæ Vicecan-  
cellarium dignissimum, uirum usquequaq; lauda-  
tissimum, ad assequendum in ipso Cracouien-  
si Gymnasio hoc publicum legendi munus pro-  
mouisti, & sedulo commendasti: ita, q; hac  
tua commendatione effectum sit, ut si quæ exis-  
timatio erat iampridem de morib; ingenioq;  
meo, apud homines constituta, ea non modo  
cumulata sit, uerum etiam confirmata. Sed ne  
quid inepti de me amplius iactasse videar, cum  
ipse nihil aliud habeam, uel studio, uel officio meo  
accommodatius, q; ut operz & lucubrationis meæ,  
tibi monumentum aliquod relinquā, hoc licet par-  
uū, tamen accipe exorrecta fronte & grato animo  
qualecunq; erga te obseruantia meæ testi-  
moniū, cui me & unice commendatū  
iri cupio, & omni officiorū genere  
debere profiteor. Bene uale,  
Cracouæ sexto Kalē/  
das Iunias.  
M.D. XXXII.



**C** Index, qui te lector summarie docet, quid quisq; liber Aphorismorum Hippocratis contineat.

**C** PRIMO libro Aphorismorum Hippocratis conueniens uictus tam in morbis acutis q; diu/turnis instituitur. folio primo.

**C** Libro secundo, multa signa ponuntur, boni & ma/li, salutis & mortis in morbis prædicētia. fo. 6.

**C** Tertio libro, quarundam aegritudinum dan/tur cause, cum ex aeris dispositione, tū ex anni temporibus, etatibusq; prouenientes. fol. 15.

**C** Quarto libro docetur, qui Canones sunt obser/vandi in spontinis, & arte factis euacuationibus. fol. 22.

**C** Quinto libro habetur, quæ symptōmata eu/a/cuationi adueniāt, & quæ calidi & frigidi opera/tio. Item utero gerentes & aliæ mulieres, qui/bus accidentibus obnoxiae. Aegritudinum insu/per quædam accidentia annexuntur. fol. 35.

**C** Sexto libro, Signa notæq; multæ ac uariæ po/nuntur, bonū malumue prædicentes. fol. 47.

**C** Septimo libro, multa quæ in præcedentibus Aphorismis dicta sunt, utiliter reiterātur, quibus pleraq; alia, non ab re, ab authore subnectun/tur. fol. 56.



**C** Index eorum, quæ in Præfigitorum libris uisa sunt notatu digna.

**C** PRIMO LIBRO Hippocratis de Prædictiōnibus hæc continentur.

**C** Quam sint necessaria Medicis Prædictiones, seu Pronostica. fol. 68.

**C** De signis sive indicijs, quæ in uultu existunt. fol. 69.

**C** Facies morituri horribilis. fol. 70.

**C** De signis quæ in oculis existunt. eodem.

**C** Quomodo oporteat cubare ægrum. fol. 71.

**C** Quam malum sit stridere dentibus ægrum in febribus. fol. 71.

**C** De gesticulatione manuum. fol. 72.

**C** De Sudore, qui salubres & qui non. fol. 73.

**C** A præcordijs signa. eodem

De abscessu tumore seu apostenrate in ilüs. fol. 74.

**C** Signa puris laudabilis. fol. 75.

**C** SECUNDO libro Hippocratis de Prædictiōnibus hæc continentur.

**C** De Hydropisi, seu aqua intercutem. fol. 76.

**C** Hydropis diuersitas. fol. 77.

**C** Testium ac uirilium diminutio & retractio in morbis quid præfigat. fol. 78.

**C** De Somno. fol. 78.

- C** De Dejectionibus, seu alui excrementis. fol. 78  
**C** Deiectio non bona. fol. 79.  
**C** Genera Dejectionum exitiosarum. eodem.  
**C** De dolore qui in ilñs affigit. fol. 80.  
**C** De Vriniis. eodem.  
**C** De Vomitione. fol. 82  
**C** De Scretione. eodem.  
**C** De Purulentis. fol. 84.  
**C** Quibus signis cognoscantur purulenti. fol. 85.  
**C** De Abscessibus suppurationibus. fol. 87.  
**C** Abscessus optimi in pulmonia uehemeti. fol. 88.  
**C** Vesica affecta quid prælagat. fol. 89.

**C** Quæ libro Tertio Prælagiorum Hippocratis continentur.

- C** De Febris. fol. 90.  
**C** De circuitionibus morborum, & quo pacto nō integris numerantur diebus. fol. 90.  
**C** De circuitionibus quibus quartana febres fi- niuntur. fol. 90.  
**C** Quo pacto in muleribus a die qua pepererint iudicationes existunt. fol. 90.  
**C** De affectibus, qui in capite & ore & fauicibus affligunt. eodem.  
**C** Signa crisis per fluxum sanguinis narium, aut apostematis. eodem.  
**C** Capitis dolor assiduus quando malus. Item

A

- sanguinis e naribus præscitum. fol. 91.  
¶ De Angina seu squimantia. fol. 92.  
¶ De Vuula. fol. 93.  
¶ Signa & accidentia affecto loco nequaquam definito. eodem.  
¶ Febres inordinate uagantes, feb. prædicunt quartanas. eodem.  
¶ De mutatione quæ accidit per ætatem. eodem.  
¶ Exituras in hyeme frequentius fieri. eodem.  
¶ De Vomitione spontina. eodem.  
¶ De Conuulsione seu Spasmo. fol. 94.  
¶ De signis & indicijs quonam modo differantur inter se. Item aliqua de téperie regionū. fol. 94.  
¶ Quo pacto prædictiones Medicorum in morbis ratae sint. fol. 95.  
¶ Mala quæ hic non dicuntur, similiter dignoscuntur. fol. 97.

T E A T O R

# HIPPOCRATIS

## VITA DE SORANI HISTORIIS.

**H**IPOCRATES domo quidē et  
genere Cous fuit, Heraclidae, Phæne/  
retesq; filius, ab Hercule, Aesculapiq;  
genus ducens, oriundusue. Nam ab  
uno uigesimalis erat, ab altero nonus & decimus.  
Meminit eius gentis originis, genealogiae Era/  
tosthenes, Pherecides, Apollodorus, Areus Tar/  
ensis. Heraclidae quidem sui patris auditor fuit,  
Herodici deinde, secundum autem nonnullos, &  
Gorgiae Leontini rhetoris, Democritiq; Abderita/  
ni philosophi. Peloponiacis uero temporibus flo/  
ruit. Natus est (ait Histomachus primo de Hip/  
pocratis secta) primo anno octogesimæ olympi/  
adis. Soranus autem Cous, qui cuncta librorum  
conditoria, monumentaq; in Co perscrutatus est,  
addit, regnante, siue in magistratu existente Abr/  
ada, mensis Agrianei septimo, ac uigesimo die, quo  
etiam nunc Coos ait Hippocrati parentare. Arte  
uero medica, disciplinisq; circularibus institutus,  
exercitatusue, parentibus iam mortuis, de patria  
discessit. Quemadmodum uero perperam & ma/  
ligne Andreas libro de medica origine, genealo/  
giaue, quoniam librorum publicum conditorium  
incenderat in Cnido. Cateri autem aiunt, quod  
A ij statuerat

*Coi singulis an  
nis Hippocre  
ti parentabat.*

*Andreas Hippo  
cratem infas  
mavit.*

statuerat, quæcumque in singulis locis agerentur,  
Soranus Cous perficerentur, perscrutari, uti ea uarietate magis  
Perdiccas. exercitaretur, excitaretur. Quemadmodum uero  
phthistus cre- Soranus Cous in historia tradit, somnus dormi-  
ditus. enti adstitit, mandauitq; uti in Thessalam migra-  
ret. Cum uero Græciam totam medicina iuuaret,  
omnibusq; admirationi esset, Perdiccasq; Macedo-  
unm rex, qui tabe phthisie laborare credebatur,

Euryphon mes- per legatos rogasset, ad se uti ueniret, cum Eu-  
dias. ryphonte senatu maiore ad eum uenit, morbumq;  
illum animi affectum, amoreue esse ostendit. Nam  
Philæ Alexan- post Alexandri patris morte, Philæ eius pellicem,  
dri pellex à Per amicamue Perdiccas deperibat, cui cum factum  
dia ad adamata. dissertaret, deprehendit Perdiccam uisu Philes ex-  
hilarari, siccq; eum morbo illo liberauit, conserua-  
uitq;. Quem etiam Abderitani, ad Democritum  
Democritus in- insania liberandum uocauerunt, totamq; Græcia, urbesq; omnes a pestilentia liberauit, quin & in Il-  
sanus putatur. lyrios, plurimasq; barbaras nationes pestilentia  
ingruente, rogantibus eorum regibus, uti ad se  
ueniret, cum ab eorum legatis, qui uenti illuc uiges-  
tent, reficiuisset, sine se dimisit. Cum præterea mor-  
bum pestilentiae in Atticam uenturā prospexit-  
Quæ uita Græ- set, cumq; hoc futurum præmonuisset, & urbium  
diam à pestilenc- & discipulorum, quos ad eas liberandas mittebat,  
tia liberauit curam habuit. Græcosq; adeo amauit, uti cum eius  
Artaxerxes. gloria, & authoritas ad Persas fama peruenisset,  
Hystantides haccq; de causa ab Artaxerxe p Hystantiden Hel-  
Helleponiti Hellenes. lespontiorum  
hipparchos.

lespontiorum præfectum hipparchonue, magnis  
donis, promissisq; uti ad se se iret, rogaretur: cum  
esset leuerus, grauius, constansq; auriq; & argeti co/  
temptor, suorumq; amator, negauit se iturum: quæ  
admodum ex epistola ad eum scripta demonstra/  
tur. Liberauit & patriam suam Con, cum Athenis/  
enses bellum ei essent illaturi, cum Thessalos ro/  
gasset, uti opitularentur. Qua de re, magnis, et præ/  
claris honoribus a Cois celebratur, non minus &  
ab Argiuis, & ab Atheniensibus, qui eum ab Her/  
cule secundum sacris Eleusinijs initiatum, partici/  
pemue fecerūt, ciuitateq; donauerunt, publicaq; ei  
posteriorisq; eius alimenta in Curia, Prytanioue de/  
derunt. Liberaliter aut & sine inuidia cognatos, fa/  
miliaresq; medicam artē docebat cū probo iureu/  
rando. Obiuit aut apud Larissæos, cū Democritus  
fertur perisse, quemadmodū nonnulli uolunt, no/  
naginta annorū, sicuti aut alij octogintaquinq; cē/  
tum & quatuor aliqui centū & nouē uolunt alij.  
Sepultus est inter Gyrtonem & Larissam, ac etiam  
nunc eius monimentū ostenditur, in quo diu apū  
examen mellificantū permanxit: quo melle nutri/  
ces infantū pustulas & oris hulcera apud tumu/  
lum perungebant, & facile sanabant, abigebantue.  
Capite uero tecto, in plurimis eius imagiculis fin/  
gitur, quemadmodum nonnulli uolunt pileo, quod  
nobilitatis est, quemadmodū Vliszes pileatus cer/  
nitur. Cæteri autem uestimento, & horum aliqui  
A iij propter

Quantum ab  
omibus colas  
retur Hippo  
crates, uideto.

Mors Hippo  
crates.

Cur capite te  
cto cernatur.

propter decorū honestatēq; cum calvus esset, nō nulli ob capitis imbecillitate. Quidam aut uolunt, uti principis locū & grauitatem cōseruaret, retinetue ambulando. quidam argumentū esse uolunt amantis uagari peregrinariue, nōnulli libroruū eius obscuritatis indicū esse autumāt, quidam, uti ostendetur, etiā cum ualemus, laudentia uitare oportere. plurimi, quod ambulando manus iactaret, uti eas cohiberet, firmiusue teneret, caput enī uestimēti fluentem laciniā manu apprehēdens tegebatur. De eius

*De libris Hippocratis, nihil dicit.*


aut libris maxima discordia est, nam alij aliter opinantur: quo fit, uti de ijs nō facile sit, quicquā affirmare, differereue. plurimae nāq; caussæ hoc iudiciū impediunt. Primum, cognominatio, seu inscriptio. Secundū, formā, figuramue dicendi conseruare posse. Tertium, quia ualētius, uehemētiusue, debiliusq; & remissius quādoq; p̄ atatē eadem & scribit, & dicit. Caussasq; præterea multas cū ijs posset quis adducere. Summus pfecto pecuniariū contemptor fuit, moribusq; seueris & grauis, magnopereq; Græcos amauit: nam omnes suæ gentis homines summo studio curauit, cūctasq; sicuti antea dictū est, Graecia urbes pestilentia liberauit, quamobrem præclaris afficiebatur honoribus, nō apud Coos solū, sed & Argiuos & Athenienses. Filios moriens

*Thessalus Draconemq;  
et Hippo  
eratis suis.*

duos reliquit, Thessalum, Draconemq;.

Discipulorū uero magnū numerū, sed præstantissimi eius si-  
lī, fuisse dicuntur.

Τελος θεω χαρισ.





# HIPPOCRATES.



An  
-qui

Leon  
ani.

Ant.

**APHOR. HIP. LIBER I. Fo. I**  
**• APHORISMORVM HIPPO-**  
eratis liber primus, antiquæ, & Nicolai Leos  
nicenii Vicentini nouæ in/  
terpretationis.

**C**oat Hippocrates, conuenientē uictum influere hoc libro, tam in acutis affectibus q̄ diuertis omnibus. Præterea, q̄ sepe æger totus, cū sola uictus ratione, ipsi nature sit permittendus. Ad hęc, effecuationem ut plorū necessariam, per loca conferentia.

**C Aphorismus I.**

**A**nth. **V**ita breuis. Ars uero longa. Tempus autem acutum. Experimentum fallax, iudicium autem difficile. Oportet autem non solum seipsum præbere facientem quæ oportet, sed etiam egrantem, & præsentes, & ea quæ extrinsecus sunt.

**L**eoni. **C**Vita Breuis, ars uero longa, occasio autem praecipua uictus seu dieo periculorum, iudicium difficile. Nec solū se ipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora.

**C Aphorismus II.**

**A**nth. **C**In perturbationibus uentris & uomitibus qui sponte fiunt, siquidem qualia oportet purgari purgentur, & confert, & bene ferūt. Si uero non contrarium, Sic & inanitio, siquidem qualem oportet

*Libri Apho.  
xcatio sine tra-  
status inapt.*

B

## APHORISMORVM HIP.

fieri fiat, & confert, & bene ferūt. Si uero non, contrarium. Contemplari igitur oportet, & tempus, & regionem, & aetates, & egritudines, in quibus oportet, aut non.

**C** In perturbationib[us] uentris, & uomitibus spon/ <sup>Leonis</sup>tinis, si talia purgantur qualia purgari oportet, con/ fert, & leuiter ferunt: sin minus, contra. Sic & ua/ forum inanitio, si talis fiat qualis fieri debet, cōfert, & bene tolerant: sin minus, contra. Inspicere itaq[ue] oportet & regionem, & tēpus, & aetatem, & mor/ bos, in quibus conueniat, aut non.

## C Aphorismus III.

**C** In excitantibus ad summum, bone habitudi/ <sup>Anas</sup>nes sunt fallaces, si in ultimo fuerint. Non enim possunt manere in eodem, neq[ue] quiescere, qui uero non quiescunt, nequaq[ue] possunt in melius addere, relinquunt igitur ad peius. Horū igitur caufa, bo/ nam habitudinem soluere confert, & non tarde, ut rursus principiū nutrimenti accipiat corpus. Neq[ue] cōpressions ad ultimū ducere, fallaces enim sunt, sed qualis natura habentis fuerit sustinere, ad hoc ducere. Similiter & inanitiones ad ultimū ducētes, sunt fallaces. Et itefum resumptiōes in ultimo exi/ stentes fallaces.

## LIBER I.

Fo. 2

*coni.* ¶ Habitus exercitatorū qui ad summū bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo constiterint; neq; enim possunt in eodem permanere, neq; quiescere, cum uero non quiescant, neq; possunt proficere in melius: reliquum est igitur ut decidant in deterius. His de causis bonum habitum statim soluere expedit, ut corpus rursus nutriti incipiat, neq; cōpressions ad extremū ducendæ: periculosum enim. Sed qualis natura fuerit eius qui debet preferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes quæ ad extremū deducunt periculosa. Et rursus refectiones, cum extremæ fuerint, periculosa.

## ¶ Aphorismus III.

*Ant.* ¶ Tenues & certæ dietæ in diuturnis semper passi/ onibus, & in acutis ægritudinibus quibus non con/ueniunt, difficiles. Ad ultimū tenuitatis quæ addu/ cuntur dietæ, difficiles. Et iterum resumptiones in ultimo existentes, difficiles.

*Leoni.* ¶ Victus tenuis, atq; exquisitus, in morbis quidē longis semper: in acutis uero, in quibus non con/uenit, periculosus. Et rursus qui ad extremū, deue/ nit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones, quæ ad extrellum deueniunt, graues sunt.

*Qgj abus nre  
trictusue mor  
bis conueniat.*

## ¶ Aphorismus V.

B ii

## APHORIS. HIPPO.

**C**In tenuibus dietis peccant egrotantes, & ideo Ant.  
magis leduntur. Omne enim peccatum quantumcumque  
sit magnum, sit maius in tenuibus dietis quam grossio/  
ribus. Propter hoc, & in sanis fallaces sunt valde, &  
certae & constitutae dietae, quoniam peccatum difficilium  
ferunt. Propter hoc igitur tenues & certae dietae fal/  
laces sunt amplius parum solidioribus.

**C**In tenui uictu aegri de linquunt, quo sit ut magis Leoni.  
laedatur. Quicunque enim error committitur magnus,  
maior in hoc sit, quam in paulo pleniori uictu: propterea  
etiam sanis periculosus existit valde exquisitus ui/  
ctus, & constitutus, quoniam errores gravius ferunt.  
Ob hoc igitur tenuis uictus, atque ad modum exquisi/  
tus, eo qui sit paulo plenior, magis periculosus.

## Aphorismus VI.

**C**Ad ultimas aegritudines, ultimae curationes ad Ant.  
perfectionem sunt potentes.

**C**Extremis morbis, extrema exquise remedia Leoni.  
optima sunt.

## Aphorismus VII.

**C**Vbi ergo secundum acumen aegritudo conti/  
nuos & ultimos labores habet, ultima & tenuissi/  
ma dieta necessarium est uti. Vbi autem non, non,  
sed conuenit grossius reficere. Et tantum subconde-

**LIBER I.**

Fo. 3

scendere, quantum ægritudo mollior fuerit ultimis.

**Leoni.** **C** Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extreme tenuissimo uictu utendū est. Vbi uero non, sed pleniorē uictum cōtingit adhibere, tātum cibi, indulgendū est, quanto morbus extremis est mollior.

**C Aphorismus VIII.**

**Antt.** **C** Quando in statu est ægritudo, tunc tenuissima dieta necessarium est uti.

**Leoni.** **C** Quando morbus in suo uigore constiterit, tunc uictu tenuissimo utendum est.

**C Aphorismus IX.**

**Antt.** **C** Contemplari igitur oportet ægrotantē, si sufficiat dieta ad statum ægritudinis, & utrum ille deficiat prius & non sufficiat dieta, aut ægritudo deficiat & obtundatur.

**Leoni.** **C** Coniectari autem oportet, an æger cum uictu sufficiat perdurare donec morbus cōsistat, & nunqđ prius ille deficiat, nec possit cum uictu perdurare, uel morbus antea deficiat, atqđ hebetescat.

**C Aphorismus X.**

B ij

## A PHOR I S. HIPP O.

¶ Quibus ergo continuus est status, continuo & tenuiter reficere oportet. Quibus uero posterior status, ad id & ante id parum auferendum. Prius uero uberius reficiendum, ut sufficiat ægrotans.

¶ Quibus igitur statim morbus consistit, his statim tenuis uictus adhibendus est: quibus uero posterius debet consistere, his, & in ipso consistendi tempore, & parum ante illud, cibus subtrahendus, prius uero uberius agendum, ut æger sufficiat.

## Aphorismus XI.

¶ In paroxismis subtrahere oportet, apponere. n. lesio. Et quæcunq; secundum circuitus exacuuntur, in exacerbationibus subtrahere oportet.

¶ In accessionibus abstinere oportet: nam cibum dare, nocuū est, & quibus per circuitū fiunt accessiones, in ipsa accessione abstinere oportet.

## Aphorismus XII.

¶ Paroxismos uero & consistentias declarat ægritudines, & tempora anni, & circuituum adiuvicem incrementa, siue quotidie, siue præter diem, siue per amplius tēpus fiant. Sed ex post apparētibus, quæ admodum in pleureticō sputum subrubeū, si continuo appareat, inchoantē quidem abbreviat. Si uer-

## APHORIS. HIPPO.

eo posterius appareat, plongat. Et urinæ, & egestiones, & sudores, & discritas, & eucritas, & longas & breues ægritudines apparentia declarant.

*Leoni.* **C** Accessiones uero, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum successiva incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiant. Sed ex his quæ mox apparent indicia sumuntur: quemadmodum in morbo lateralí, si circa initia statim sputū appareat, morbū breuiat: si uero postea appareat, producit. Et urinæ, & alii excremēta, & sudores: quecunq; apparuerint, uel bonam morborū iudicationē, uel malā, uel breues, aut lōgos fore morbos ostendūt.

## ¶ Aphorismus XIII.

*An. Ant.* **C** Senes facilime ferunt ieiuniū. Secundo consistentes. Minus uero pueri. Horum uero omnium maxime infantes. Horum uero ipsorum, quicunq; sunt animosiores existentes.

*Leoni.* **C** Senes facilime ieiuniū ferunt: secundo loco qui ætatem consistentem habent, minus adolescentes, omnium minime pueri, præsertim qui inter ipsos sunt uiuidiores.

## ¶ Aphorismus XIV.

L I B E R I. F o. 4.

¶ Qui crescent, plurimum habent innatum calorem, plurimo igitur indigent nutrimento. Si uero non consumuntur corpus. Senibus uero paruuis calor inest, propter hoc igitur paucis fomentis indigent, a multis enim extinguitur cibis calor. Propter hoc igitur & febres senibus non similiter acute fiunt, frigidum enim corpus habent.

Qui album magis apparet.

¶ Qui crescent plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus absumentur. Senibus uero parum calidi innati inest: paucis propterea fomentibus egent, quia a multis extinguuntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.

Cur seniorum non graues febres.

C Aphorismus XV.

¶ Ventres hyeme & Vere, calidissimi sunt natura, & somni longissimi. In his ergo temporibus, oblationes plures dandæ sunt. Etenim innatus calor est multus, nutrimento igitur ampliori indigent. Signum, & aetates, & athletæ.

¶ Ventres hyeme, & Vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis: indicio sunt aetates, & athletæ.

## Aphorismus XVI.

*Ant.* **C** Humidæ dietæ, omnibus febricitantibus conseruit, maxime uero pueris, & alijs, sc̄ assuetis refici.

*Leoni.* **C** Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uero pueris, & alijs qui tali uictu uti consueuerunt.

## Aphorismus XVII.

*Ant.* **C** Quibus semel, aut bis, aut amplius, aut minus, aut secundum partem. Dandum uero est aliquid temporis, & horæ, & regioni, & ætati, & cōsuetudini.

*Leoni.* **C** Et quibus semel, aut bis, & quibus plura ne, an pauciora particulatim oporteat afferre, considerandum. Condonandum autem aliquid, tempori, ætati, & consuetudini.

## Aphorismus XVIII.

*Ant.* **C** Aestate, & autumno, cibos grauissime ferunt. Hyeme uero, facile. Vere autem, secundo.

*Leoni.* **C** Aestate, & autumno cibos difficultime ferunt, hyeme facillime: secundum locum uer habet.

## Aphorismus XIX.

## A P H O R I S . H I P P O .

C His qui in circuitibus exacuuntur, nihil dare, Ant.  
neq; cogere, sed auferri ex appositis, ante crism.

Circales access  
sionum. C His qui per circuitus accessionem habent, nihil Leoni  
19  
dare oportet, neq; cogere, sed subtrahere adiectioni  
ante iudicationes.

## C Aphorismus XX.

C Ea quorum crisis sit, & quorum facta est aqua/ Ant.  
liter, non mouere, neq; nouum facere, neq; phar/  
macis, neq; alij prouocationibus uti, sed sinere.

C Quae iudicantur, & iudicata sunt integre, neq; Leoni  
20  
mouere, neq; nouare aliquid, siue medicamentis,  
siue aliter irritando, sed sinere.

## C Aphorismus XXI.

C Quae ducere oportet, undecunq; maxime natu/ Ant.  
ra repit, inde ducere, per conuenientes regiones.

C Quae ducere oportet, quo maxime natura uergit Leoni  
21  
per loca conferentia, eo ducere.

## C Aphorismus XXII.

C Digesta medicari, & mouere no[n] cruda, neq; in Ant.  
principijs, nisi sint furiosa, multa uero no[n] snt furiosa

L I B E R I.

Fo. 8

Leoni. **C** Concocta medicari, atq; mouere nō cruda (nec  
in principio) modo non turgeant: plurima uero  
non turgent.

**C**Apho. XXIII.

Ant. **C** Quæ egeruntur, non multitudinem considerare oportet, sed quomodo egeruntur. Et si qualia oportet purgari purgentur, & confert, & bene fertunt. Et ubi oportet usq; ad defectionem ducere: & hoc facere: si sufficiat ægrotans.

Leoni. **C** Defectiones non multitudine sunt estimandas, sed si talia deficiantur qualia cōueniunt, & ægri facile tolerant. Atq; ubi usq; ad animi defectionē expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare.

**C**Apho. XXIII.

Ant. **C** In peracutis passionibus raro, & in principijs pharmachjs uti, & hoc prius bene dñjudicātes facere.

Leoni. **C** In acutis passionibus raro, & in principijs inde Medicamina dicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

**C**Apho. XXV.

C ii

## A P H O R I S. H I P P O.

¶ Si qualia oportet purgari purgentur, & confert, <sup>Antt.</sup>  
& bene ferunt. Si uero contrarium importune.

¶ Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, <sup>Antt.</sup>  
& facile ferunt: si contra, difficulter. <sup>Leoni.</sup>

¶ A P H O R I S M O R V M H I P P O,  
cratis liber secundus, antiquæ, & Nicolai  
Leonicensi Vicentini nouæ in/  
terpretationis.

¶ Libro secundo, multa signa ponuntur, boni &  
mali, salutis & mortis, in morbis prædientia.

### ¶ Aphorismus I.

Somni qualitas.



N quo morbo somnus laborem præstat, <sup>Antt.</sup>  
mortale. Si uero somnus iuuerit, non  
mortale.

¶ In quo morbo somnus laborem facit, mortale: <sup>Leoni.</sup>  
si uero iuuat non mortale.

### ¶ Apho. II.

¶ Vbi desipientiam somnus sedat, bonum. Vbi <sup>Antt.</sup>  
uero præstat, malum.

¶ Vbi somnus delirium sedat, bonum. <sup>2</sup> Leoni.

LIBER II. Fo. 2  
¶Apho. III.

Anti. ¶ Somnus & uigilia, utraq; modo magis facta,  
malum.

Leoni. ¶ Somnus, atq; uigilia, utraq; si modum excesser-  
int, malum. <sup>3</sup>

¶Apho. III.

Anti. ¶ Non plenitudo, non indigētia, neq; aliud quod/  
cunq; magis natura fuerit, nihil bonum.

Leoni. ¶ Non facetas, non fames, neq; aliud quicq; quod <sup>4</sup>  
modum naturæ excesserit.

¶Apho. V.

Anti. ¶ Labores spontanei, narrant morbos.

Leoni. ¶ Spontanæ lassitudines, morbos prænunciant. <sup>5</sup>

¶Apho. VI.

Anti. ¶ Quicunq; dolentes aliquid corporis, plurimū  
dolorem non sentiunt, his mens ægrotat.

Leoni. ¶ Quicunq; dolentes parte aliqua corporis, om-  
nino dolorem non sentiunt, his mens ægrotat. <sup>6</sup>

C iij

## APHORIS. HIPPO.

¶Apho. VII.

¶ Quæcunq; multo tempore extenuantur corpora / Ant.  
ra, tarde reuerti consueuerunt. Quæ uero modico,  
modice.

¶ Quæ longo tempore extenuātur corpora, lente Leoni,  
reficere oportet, quæ uero breui, breuiter.

¶ Apho. VIII.

¶ Si ex ægritudine cibum accipiens quis non con/  
ualefcat signum est, q; corpus plurimo cibo uti/  
tur. Si uero non accipienti hoc fit, significat quo/  
niam corpus inanitione indiget.

¶ Si a morbo cibum assumentis quis non corrobor/  
atur, pluri alimento corpus uti significatur: quod  
si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet  
q; indiget euacuatione.

¶ Apho. IX.

¶ Corpora ubi quis uult purgare, oportet flu/  
xa facere.

¶ Corpora cum quispiam purgare uoluerit, opor/  
tet fluida facere.

L I B E R . II.  
C Apho. X.

Fo. 8

Antt. C Non pura corpora quantuncunq; nutries magis ledes.

Leoni C Non pura corpora, quanto plus nutries, tanto magis ledes.

C Apho. XI.

Antt. C Facilius est repleri potu q; cibo.

Leoni C Facilius est impleri potu, q; cibis.

C Apho. XII.

Antt. C Quæ relinquuntur in morbis post crisim, subversiones facere consueuerunt.

Leoni C Quæ relinquuntur in morbis post crisim, re*indicatiōnē* cidiuas facere consueuerunt.

C Apho. XIII.

Antt. C Quibuscunq; crisis fit, his nox difficilis est ante acumen, superueniens uero leuior, ut in pluribus.

crisis.

Leoni C Quibuscunq; crisis, id est iudicatio fit, his nox grauis ante accessionem: quæ uero subsequitur

13

APHORIS. HIPPO.  
magna ex parte leuior existit.

Ant.

¶ Apho. XIII.

Leoni.

¶ In uentris fluxibus mutationes egestionum iu-  
uant, si non ad mala trasmutantur.

14

¶ In profluuijs alii, mutationes excrementorum iu-  
uant, nisi ad mala mutatio fiat.

Ant.

¶ Apho. XV.

Leoni.

¶ Vbi fauces ægrotant aut postulae in corpore na-  
scuntur, considerare oportet egestiones. Si enim  
cholerica fuerint, corpus ægrotat. Si uero sanis si-  
miles, certum est corpus nutritri.

15

¶ Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur  
in corpore, excretiones inspicere oportet. Nam si  
biliosæ fuerint, corpus una ægrotat. Si uero simi-  
les sanis, tutum est corpus nutritre.

Ant.

Leoni.

¶ Apho. XVI.

Ant.

¶ Vbi indigentia, non oportet laborare.

16

¶ Vbi famæ, laborandum non est.

Leoni.

¶ Apho. XVII.

Ant.

LIBER II. HGA Fo. 9

Ant. **C**Vbicunque cibus præter naturam intrat, hic ægritudinem facit. Manifestat uero sanatio.

Leoni. **C**Vbi cibus præter naturam plus ingestus est, hic morbum facit: ostendit autem sanatio.

**C**Apho. XVIII.

Ant. **C**Eorum quæ nutriuntur copiose & uelociter, uelocius secessus flunt.

Leoni. **C**Eorum quæ uniuersim, & uelociter nutritur, uelocius quoq; flunt excretiones.

**C**Apho. XIX.

Ant. **C**Acutorum morborum non omnino certæ sunt sanitatis pronuntiationes, neq; mortis.

Leoni. **C**Acutorum morborum non omnino sunt certæ prænuntiationes, aut salutis, aut mortis.

**C**Apho. XX.

Ant. **C**Quibusunque iuuenibus existentibus uentre flunt humidi, his senescentibus exiccantur. Quibus iuuenibus ueatres flunt siccii, his senioribus factis humectantur.

20

## APHORIS. HIPPO.

¶ Quibus iuuuenib⁹ adhuc ali⁹ humecta est, <sup>Leont.</sup> his senescentib⁹ exiccatur. Quibus uero iuuuenib⁹ adhuc ali⁹ sicca est, his senescētib⁹ humectatur.

¶ Apho. XXI.

¶ Potus indigentiam soluit. <sup>Ant.</sup>

¶ Faimem, thorexis, id est uini potio, soluit. <sup>21</sup> <sup>Leoni.</sup>

¶ Apho. XXII.

¶ Ex plenitudine quæcunq; ægritudines sunt, <sup>Ant.</sup> euacuatio sanat. Et quæcunq; ab euacuacione, ples-  
titudo. Et aliorum contrarietas.

¶ Quicunq; morbi ex repletione sunt, <sup>22</sup> curat euav- <sup>Leoni.</sup>  
cuatio. Et quicunq; ex euacuatione, repletio, &  
aliorum contrarietas.

¶ Apho. XXIII.

¶ Acutæ ægritudines in quatuordecim diebus iu- <sup>23</sup> <sup>Ant.</sup>  
dicantur.

¶ Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicātur. <sup>Leoni.</sup>

¶ Apho. XXIII.

¶ Septima quarta est indicativa. Et alterius heb/ <sup>Ant.</sup>

LIBER II. Fo. 10  
domadæ octaua est principiū. Contemplaria uero  
xi. hæc enim est quarta secundæ hebdomadæ. Cō/  
templaria uero rursus septima decima. hæc est enim  
quarta a quartadecima, septima uero ab undecima.

24

Leoni. ¶ Septenorū, quartus est index: alterius septi/  
manæ octauis principiū. Est autem & undeci/  
mus contemplabilis. Ipse enim quartus, est alter/  
ius septimanæ. Rursus uero & decimus septimus  
contemplabilis: ipse siquidem quartus est, a quar/  
todecimo: septimus uero ab undecimo.

¶ Apho. XXV.

Ant. ¶ Aestiuæ quartanæ ut multum fiunt breues. Au/  
tumnales uero longæ. Maxime uero quæ ad hye/  
mem coniunguntur.

Leoni. ¶ Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues: au/  
tumnales, longæ, & maxime quæ hyemē attingūt.

¶ Apho. XXVI.

Ant. ¶ Febrem in spasmo melius est fieri, q̄ spas/  
mum in febre.

Leoni. ¶ Febrem convulsioni superuenire melius est, q̄  
febri convulsionem.

Dñ

## A PHOR I S. HIPPO.

¶ Apho. XXVII.

¶ Non secundum rationem alleuiatis, non oportet credere. Neq; uereri ualde mala, quæ fiunt irrationabiliter. Multa enim talium incerta sunt, & non ualde permanere, neq; morari consueuerunt.

¶ His qui non ex ratione leuius se habent, non oportet fidere, neq; multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neq; multum durare, & permanere consueuere.

¶ Apho. XXVIII.

¶ Febricitantibus non fortiter neq; omnino, in superficie permanere, & nihil minuere corpus, aut tabescere magis eo, quod secundum rationem fit, malum est: hoc enim longitudinem ægritudinis significat, hoc uero imbecillitatem virtutis significat.

¶ Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil minui, uel etiam plusq; ratio postulat contabescere, malum: hoc enim morbi longitudinem: hoc uero imbecillitatem significat.

¶ Apho. XXIX.

LIBER II. FO. II

Anti. **C** Inchoantibus morbis, si quid uidetur mouere,  
moue: in statu uero habere silentium melius est.

Leoni. **C** Cum morbi inchoant, si quid mouendum vide/  
tur, moue: cum uero consistunt, ac uigent, melius  
est quietem habere. 29  
Quid per ex-  
ordia & fines  
morborum  
agendum.

**C** Apho. XXX.

Anti. **C** Circa principia, & fines, omnia imbecilliora,  
circa status omnia fortiora.

Leoni. **C** Circa initia, & fines, omnia imbecilliora: cum  
uero consistunt, fortiora. 30

**C** Apho. XXXI.

Anti. **C** Ex aegritudine uero bene resipienti, & nihil ad/  
dere corpus, malum.

Leoni. **C** Eius qui ex aegritudine bene cibatur, nihil pro/  
ficere corpus, malum. 31

**C** Apho. XXXII.

Anti. **C** Plerunque omnes male se habentes, secundum  
principia quidem bene recipientes, & nihil adden/  
tes, in fine rursus abstinent. Secundum principia  
quidem abstinentes fortiter, posterius uero bene

Dij

A P H O R I S . H I P P O .  
reficientes, melius commutant.

**C** Omnes fere qui male se habent circa initia be/<sup>32</sup> Leoni.  
ne cibati, nec quicq; proficientes, circa finem rur/  
sus cibum non appetunt, qui uero circa initia cibū  
ualde non appetunt: postea bene appetentes, ij  
melius euadunt.

**C** Apho. XXXIII.

**C** In omni ægritudine, confortari mente, & bene <sup>Anti.</sup>  
se habere ad oblationes, bonum. Contrarium ue/  
to malum.

**C** In quoquis morbo mente constare, & bene se <sup>33</sup> Leoni.  
habete ad illa quæ offeruntur, bonum: contra ue/  
to se habere, malum.

**C** Apho. XXXIII.

**C** In morbis minus periclitantur ægrotantes, qui/ <sup>Anti.</sup>  
buscunq; propriæ naturæ, & aetatis, & habitudinis,  
& horæ, ægritudo inest, magis q; quibus non pro/  
pria secundum aliquid horum inest.

**C** In morbis minus periclitantur quorum naturæ, <sup>34</sup> Leoni.  
aut aetati, aut habitui, aut temporis magis congruit  
morbus, q; quibus secundum nihil istorum congruit.

L I B E R II.      Fo. 12  
**C** Apho.      XXXV.

**Anti.** **C** In omnibus morbis ea quæ circa umbilicum & pectinem sunt, spissitudinem habere, melius est. Nimirum uero tenue & tabefactum, malum. Fallax enim huiusmodi ad inferiores purgationes.

**Leoni.** **C** In quoquis morbo partes ad umbilicū, & imum uentrem attinentes, crassitudinē habere melius est: multū uero extenuari, ac contabescere, prauū. Sed & hoc quoq[ue] ad inferiores purgatiōes, periculosum.

**C** Apho.      XXXVI.

**Ant.** **C** Sana habentes corpora, pharmacijs purgati exoluuntur: celerius uero malo cibo utentes.

**Leoni.** **C** Qui salubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati cito exoluuntur: & qui prauo utuntur cibo.

**C** Apho.      XXXVII.

**Ant.** **C** Sana habētes corpora, pharmacijs uti difficile est.

**Leoni.** **C** Qui bene se habent corpore, difficulter ferunt medicatiōes.

**C** Apho.      XXXVIII.

## APHORIS. HIPPO.

¶ Parum deterior cibus & potus, delectabilior Ant.  
uero, melioribus quidem indelectabilibus, magis  
appetendus.

¶ Parū deterior potus, aut cibus, suauior autē Leoni.  
lioribus quidē, sed minus suauibus, est praeferēdus.

## ¶ Apho. XXXIX.

¶ Senes iuuenibus plerūq; ægrotat minus. Quæ/ Ant.  
cunq; uero ægritudines eis chronicæ fiunt, multotis/  
es commoriuntur.

¶ Seniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Leoni.  
Qui uero morbi ipsis accident longi, maxima ex/  
parte comitantur ad mortem.

## ¶ Apho. XL.

¶ Branci, & corize, in ualde senibus nō maturātur. Ant.

¶ Raucedines, & grauedines in ualde senibus co/ Leoni.  
ctionem non admittunt.

## ¶ Apho. XLI.

¶ Qui exoluuntur frequenter & fortiter sine ma/ Ant.  
nifesta occasione, repente moriuntur,

L I B E R II.      F o. 13

Leoni. **C** Qui frequenter, ac fortiter absq; causa manifeſta exoluuntur, de repente moriuntur.

**C** Apho.      XLII.

Ant. **C** Apoplexiā soluere fortem, impossibile est.  
Debilem uero non facile.

Leoni. **C** Soluere morbum, quem apoplexiā uocant,  
fortem, impossibile: debilem uero, non facile. <sup>42</sup>

**C** Apho.      XLIII.

Ant. **C** Strangulatorum & disolutorū, nondum mor-  
tuorum, non referunt, quibuscunq; spuma fuerit  
circa os.

Leoni. **C** Strangulati, atq; dissoluti, nondum mortui, nō  
referuntur, quibus spuma circa os fuerit. <sup>43</sup>

**C** Apho.      XLIII.

Ant. **C** Crassi ualde secundum naturam, cito mori-  
untur magis gracilibus.

Leoni. **C** Qui natura admodum crassi sunt, citius in-  
tereunt, q; qui graciles. <sup>44</sup>

**C** Apho.      XLV.

E

## A P H O R I S. H I P P O.

¶ Epilepticorum iuuenibus alterationes, muta-  
tiones, maxime aetatis, horarum, locorum faciunt,  
& uitiarum.

¶ Quicunq; iuuenes morbo comitiali laborant, Leoni  
mutatione maxime aetatis, & temporum, & loco-  
rum, & uictuum quoq; liberantur.

¶ Apho. XLVI.

¶ Duorum dolorum qui simul sunt, non secun-  
dum eundem locum, uehementior denigrat alterū.

¶ Duobus doloribus simul non eundem locum Leoni.  
infestantibus, uehementior, alterum obscurat.

¶ Apho. XLVII.

¶ Circa generationem sanie, dolores & febres Ant.  
accidunt, magis q̄ facta sanie.

¶ Dum pus conficitur, dolores, ac febres acci- Leoni.  
dunt magis, q̄ iam confecto.

¶ Apho. XLVIII.

¶ In omni motione corporis cum ceperit quis Ant.  
dolere, quiescere statim remedium est.

LIBER II. Fo. 14

*Leoni.* **C** In omni corporis motu ubi laborare coepit,  
quies statim laetitudinem auferit.

**C** Apho. XLIX.

*Ant.* **C** Assueti assuetos labores ferre, & si fuerint im-  
becilles, aut senes, insuetis & fortibus & iuueni-  
bus facilius ferunt.

*Leoni.* **C** Qui consueti solitos labores ferre, & si fuerint  
imbecilles, & senes, non consuetis, fortibus, atq;  
iuuenibus, facilius ferunt.

**C** Apho. L.

*Ant.* **C** Ex multo tempore consueta, & si fuerint de-  
teriora, insuetis, minus molestare consueverunt.  
Oportet igitur ad inconsueta transmittere.

*Leoni.* **C** Quæ ex longo tempore consueta sunt, & si  
deteriora sunt, insuetis minus molestare solent.  
Oportet igitur ad insueta permutari.

**C** Apho. LI.

*Leoni.* **C** Secundum multum, & repente euacuare, aut  
replere, aut calefacere, aut infrigidare, aut aliter  
quomodolibet corpus mouere, fallax est, & om-  
nino naturæ inimicum. Paulatim uero certum. Et  
E n

A P H O R I S. H I P P O.  
ex alio ad aliud transire decet, non aliter.

¶ Plurimum, atq; repente euacuare, uel replere, Leoni  
uel calefacere, uel refrigerare, siue quouis alio  
modo corpus mouere, periculosum. Quoniam  
omne nimis, est naturæ inimicum, sed quod pau-  
latim fit tutum est, tum alias, tum cum ab altero  
ad alterum transitus fit. Leoni

¶ Apho. LII.

¶ Omnia secundum rationem facienti, & non Ant.  
euenienti secundū rationē, non oportet transire ad  
aliud manente eo, quod uisum est a principio. Leoni

¶ Omnia secundum rationem facienti, si non Leoni  
succedat secundum rationem, non est transiun-  
dum ad aliud, stante eo qđ a principio uisum est. Ant.

¶ Apho. LIII.

¶ Quicunq; uentres habent humidos, iuuenes Ant.  
quidem existentes, siccis habéibus melius com-  
mutant. In senectutę uero deterius commutant,  
siccantur enim ut in pluribus senescentibus. Ant.

¶ Quicunq; aluos humidas habent, si quidem Leoni  
iuuenes fuerint, melius commutant his qui siccas  
habent. Ad senectam uero deterius commutant: Ant.

LIBER II. Fo. 15  
nam senescentibus magna ex parte exiccant.

¶ Apho. LIII.

Leoni. ¶ In magnitudine uero corporis iuuenescere quidem decens est, & non insuaue, senescere in' utile, & peius minoribus.

Leoni. ¶ Magnitudo corporis iuuentæ quidem, neq; indecens, neq; illiberalis, senectæ uero inutilis, & deterior paruitate. 54

¶ A P H O R I S M O R V M H I P P O /  
cratis liber tertius, antiquæ, & Nicolai  
Leoniceni Vicentini nouæ in/  
terpretationis.

¶ Hactenus de notis pronosticis sanitatis & mortis dixit Hippo. Tamen  
dem hoc libro tertio peruenit, ad quarundam egritudinum caufas,  
cum ex aëris dispositionibus, tum annis temporibus  
etatibusq; prouenientes.

¶ Apho. I.

**M**utationes temporum maxime generant morbos. Et in horis magnæ mutationes, aut frigiditatis, aut æstus. Et alia secundum rationem sic.

E iii I

## APHORIS. HIPPO.

**C** Mutationes temporum potissimum paruntur Leoni.  
Temporum mutationes. morbos : & in quibusdam temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione, eodem modo.

**C** Apho. II.

**C** Naturarum, hæc quidem ad astatem, hæc uero Ant.  
ad hyemem, bene aut male natæ sunt.

**C** Naturarum, hæc quidem ad astatem, hæc uero Leoni.  
ad hyemem bene, maleue se habent.

**C** Apho. III.

**C** Aegritudinum alias ad alias bene, aut male Ant.  
natæ sunt.

**C** Apho. III.

**C** AEstates quædam ad regiones & horas, & dies Ant.  
bene aut male natæ sunt.

**C** Morbi quoq; alij ad alia bene, uel male se habent, 3 Leoni.  
& quædam æstates ad tempora, & loca, &  
uictus genera.

**C** Apho. V.

**C** In temporibus quando eadem die, aliquando Ant.  
quidem æstus, aliquando uero frigus, autumnales ægritudines expectare oportet.

## LIBER III.

Fo. 16

**Leoni.** **C** In temporibus quando eadem die, modo calor, modo frigus sit, autumnales morbos expectare oportet.

**C Apho. VI.**

Ant.

**C** Austrini flatus grauant auditum, caliginosi, caput grauantes, pigri dissoluentes. quando isti praeualent, talia in morbis patiuntur ægrotantes. Si uero boreas fuerit, tusses, faringes, uertres duri, diffusæ, horrores, dolores & pectorum & lateriæ quando isti præualuerint, talia in morbis expectare oportet.

Leoni.

**C** Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Quando huiusmodi tempestas præualuerit talia in morbis patiuntur. At si aquilonia fuerit, tusses, fauces, alii duræ, difficultates urinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando haec tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet,

5

**C Apho. VII.**

Ant.

**C** Cum æstas fit Veri similis, sudores multos in febribus expectare oportet.

5

Leoni.

**C** Quando æstas fit Veri similis, sudores in febribus multos expectare oportet.

## A P H O R I S. H I P P O.

### C Apho. VIII.

**C** In siccis temporibus febres acutæ fiunt. Et si <sup>Ant.</sup> quidem annus talis existens amplius fuerit, quam constitutionem fecerit in pluribus, & tales ægritudines expectare oportet.

**C** In siccitatibus febres acutæ fiunt: & si annus <sup>Leoni.</sup> magna ex parte talis fuerit, quam fecerit constitutionē, tales plurimū morbos oportet expectare.

### C Apho. IX.

**C** In moderatis temporibus, si temporaliter tempora se reddiderint, boni status & bonaæ ægritudinis determinationes fiunt. In immoderatis uero maxime immoderatae & difficiles determinatioes.

**C** In constantibus temporibus, cum tempestiu*e* <sup>8</sup> redduntur, morbi constantes, & boni iudicij fiunt, in inconstantibus autem, inconstantes, & mali iudicij.

### C Apho. X.

**C** In autumno acutæ fiunt ægritudines, & maxime mortiferæ, ut in pluribus. Ver uero sanissimum, & minime mortiferum,

# L I B E R III.

Fo. 17

Leoni. **C** Autumno morbi acutissimi, atq; extitales, maxima ex parte. Ver uero saluberrimum, & minime exitiale.

## **C** Apho. XI.

Ant. **C** Autumnus phthisicus malus.

Leoni. **C** Autumnus tabidis malus.

## **C** Apho. XII.

Ant. **C** De temporibus, si quidem hyems siccata, & borealis fuerit, uer uero pluviosum, & austrinum, necesse est aestate febres acutas, & ophthalmias, & dysenterias fieri, maxime mulieribus, & humidis natura.

Leoni. **C** De temporibus, si quidem hyems siccata, & aquilonia fuerit, uer uero pluviosum, & australe, necesse est aestate febres acutas, & lippitudines (greci ophthalmias vocant) & intestinorum difficultates, praecipue uero mulieribus, & uiris qui natura sunt humidiiores.

## **C** Apho. XIII,

Ant. **C** Si uero austrina hyems, & pluviosa, & tranquilla sit, uer uero siccum, & boreale, mulieres

F

## "APHORIS. HIPPO:

si quidem quibus partus ad uer inest, ex omni occasione abortiunt. Si uero genuerint, morbos pueros & imbecilles pariunt, ut aut statim resolvantur, aut morbidi & tenues uiuant existentes. Alijs uero iunioribus quidem dysenterie, & ophthalmiae siccæ fiunt. Senioribus uero catarrhi celestiter dissoluentes.

**C** Si uero hyems australis, & pluuiosa, & serena Leoni.  
fuerit. Ver autem siccum, & aquilonium, mulieres quibus partus ad uer inest, ex quacunq; occasione abortiunt. Quæ uero parient, imbecilles, & morbos infantes pariunt. Quare uel statim intereunt, uel tenues, & ualitudinarij uiuant. Cæteris uero mortalibus, difficultates intestinorum, lippitudines siccæ fiunt. Senioribus autem destillationes quæ cito interinent.

## **Apho. XIII.**

**C** Si uero æstas siccæ, & borealis fiat, autumnus Ant.  
uero pluuiosus & austrinus, capitis dolores in hyeme, tusses, branchi, & coryze fiunt: quibusdā uero & phthisis.

**C** Si uero æstas siccæ fuerit, & aquilonia, autumnus Leoni.  
uero pluuiosus, & australis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses, raucedines, atq; graue-

dines; quibusdam autem & tabes.

**C** Apho. XV.

**Ant.** **C** Si uero autumnus borealis fuerit, & in aquo/  
sus, humidis natura, & mulieribus confert: reli/  
quis uero ophtalmia sunt siccæ, & febres acu/  
tæ, & corizæ diuturnæ: quibusdam uero & me/  
lancholiae.

**Leoni.** **C** Si uero aquilonius, & siccus, his qui nauram  
habent humidorem, & mulieribus conferet. Re/  
liquis autem erunt pluviatudines siccæ, & febres  
acutæ, & grauedines. Non nullis uero & atræ biles.

**C** Apho. XVI

**Ant.** **C** Constitutiones uero anni, omnino quidem sic/  
cæ pluviatibus sunt saniores, & minus mortiferae.

**Leoni.** **C** Ex anni autem constitutionibus (quod in to/  
tum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores,  
& minus mortiferæ.

**C** Apho. XVII.

**Ant.** **C** Aegritudines uero in pluviatibus ut multum  
fiunt, & febres longæ, & uentris fluxus, & pu/  
tredines, & epilepsia, & apoplexia, & squinates.

F ij

## A P H O R I S . H I P P O .

In siccis uero, consumptiones, phtisis, ophtalmia,  
arteticæ, straguriæ, & dysenteriæ.

16  
**C** Morbi in pluuiarum multitudine, magna ex Leon.  
parte fiunt, febres longæ, alii profluua, putre-  
dines, morbi comitiales, & attoniti, quos apople-  
xias græci uocant, & anginæ. In siccitatibus au-  
tem, tabitudines, lippitudines, articuloru dolores,  
stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum.

**C** Apho. XVIII.

Leoni  
**C** Quotidianæ uero constitutiones, boreales qui-  
dem, & corpora constituant fortiora, & bene mo-  
bilis, & bene colorata, & melius audiētia faciunt,  
& uentres siccant, & oculos mordent, & circa  
thoracem dolorem faciunt: & siquidem prius est  
Thorax Las  
tine pectus  
dolendum magis dolēt. Austrinæ uero, corpora  
dissoluunt & humectat, & capitis & auditus gra-  
uitates faciunt, & uertigines in oculis, & in cor-  
pore difficilem motum, & uentres humectant.

17  
Leoni  
**C** Quotidianæ autem constitutiones, aquiloniæ  
quidem corpora densant, contēdunt, & bene mo-  
bilis, coloratiora, & melius audientia faciunt, &  
alios exiccant, oculos mordent, & si pectus do-  
lor aliquis obsederit, dolorem augent: austriæ  
dissoluunt corpora, & humectant, auditum ob-

## LIBER III.

Fo. 19

tundunt, capita aggrauant, & uertigines faciunt,  
oculis atq; corporibus difficultem motum pra/  
stant, & aluos huimectant.

## C Apho. XIX.

**A**n*ti.* **C** Secundum horam quidem ueris, & extremæ  
æstatis, pueri & eorum affines æstatibus, & bene  
degunt, & maxime sani sunt. Aestate & autumno  
usq; ad aliud quidem senes. Reliquo uero au/  
tumno, & hyeme, mediæ ætatae.

**L**eoni **C** Per tēpora anni, Vere quidem, & prima æsta/  
te pueri, et qui hos sequuntur ætate optime de/  
gunt, et sani sunt maxime. Aestate uero et au/  
tumno, usq; ad aliquid, senes. Reliquum, et hy/  
eme, qui medianæ ætatem habent.

## C Apho. XX.

**A**n*ti.* **C** Aegritudines quædā omnes in omnibus ho/  
ris fiunt, quædam uero maxime secūdum quædā  
earum fiunt, et exactiuntur.

**L**eoni **C** Morbi, omnes quidem in omnibus tēporibus  
fiunt, quidam uero magis in quibusdam ipsorū,  
et fiunt, et excitantur.

## C Apho. XXI.

F ij

## A P H O R I S . H I P P O .

¶ Vere siquidem mania, et melancholia, et epis/ Ant.  
lepsiae, sanguinis fluxus, squinates, coryzæ, brachi, Leoni.  
tusse, lepræ, lichineis, alphi, tubores ulcerosi plu-  
rimi, pustulæ et arteticæ.

Tépore que  
egritudines  
veniant.

¶ Vere etenim furores, et atræ biles, et morbi co/ 20 Leoni.  
initiales, et profluvia sanguinis, et anginae, et gra-  
uedines, et raucedines, et lepræ, et tusse, et im-  
petigines, et uitiligines, et pustulæ ulcerose plus-  
timæ, et tubercula, et articulorum dolores.

## Apho. XXII.

¶ Aestate uero quedam horū, febres continuæ, Ant.  
et causon, et tertianæ plurime, et uomitus, et dis-  
ariz, et oculorum et aurium dolores, oris ulcerati-  
ones, et pudendorū putredines et desudationes. Leoni.

¶ Aestate autem nonnulli horum, et febres con/ 21 Leoni.  
tinuae, et ardentes, et tertianæ febres, et quartanæ, Ant.  
et uomitus, et alii profluvia, et lippitudines  
oculorum, et aurium dolores, et oris ulceratioes,  
genitalium putredines, et sudamina.

## Apho. XXIII.

¶ Autumno uero, et aestiuorum multa, et febres Ant.  
quartanae, et errantes, et splenes, et hydropes, et

L I B E R III.      Fo. 20

plitis, et ulcerationes, et stranguria, et lyenteria,  
et sciades, et squinantes, et anhelitus, et ilei, et epip  
lepsia, et mania, et melancholia.

**Lconi.** **C** Autumno uero et plurimi, uel aestiuui morbi si  
unt, et febres quartanae, et erraticae, et lienes aquae  
inter cutem, et tabes, et stillicidia urinæ, et difficul  
tates intestinorum, et leuitates intestinorum, et coxendicu  
dolores, et anginae, et anhelatiōes (qs graci asthma/  
ta vocat) ilei, morbi comitiales, furores, atræ biles.

**C** Apho.      XXIII.

**Amt.** **C** Hyeme pleureties, peripneumoniae, coryze,  
branchi, tussis, dolores pectorum, laterum, et lumborum,  
dolor capitidis, uertigines, et apoplexiae.

**Lconi.** **C** Hyeme uero morbi laterales, et pulmonis in/  
flammationes, grauedines, atq; raucedines, tussis,  
dolores pectoris, et laterum, atq; lumborum, ca/  
pitidis dolores, uertigines, et apoplexiae.

**C** Apho.      XXV.

**Ant.** **C** In æstatibus uero talia accidunt, pueris quidē  
et nouiter genitis, ulceratioes oris, uomitus, tu/  
sis, faringes, timores, umbilici phlegmone, uig/  
lia, aurium humiditas.

## A PHORIS. HIPPO.

**C**In actatibus autem talia contingunt, paruis et Lecni nuper natis puerulis, oris ulceræ (quæ aphthæ uocantur) uomitus, tussis, uigilæ, paiores, umbilici inflammations, aurium humiditates. 24

## Apho. XXVI.

**C**Cum uero dentes producunt, gingiuarū pruritus, febres, spasimi, diariæ, et maxime quādo producunt caninos dentes: et pinguissimis puerorū et duros uentres habentibus. Ant. Leoni

**C**In progressu uero cum iam dentire incipiunt, Lecni gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alii profluvia, et maxime cum caninos ædunt dentes, et his præsertim pueris, qui crassissimi sunt: et alios duras habent. 25

## Apho. XXVII.

**C**Senioribus uero factis perithimia, spondilis, Leoni secundū collū intus impulsiones, asthmata, litiases, lumbroïci rotundi, alcarides, acrocordines, sathiriasis, scrophulæ, et alias pustulæ. 26

**C**Cum uero iam magis adolquerint, tonsillæ, Lecni et uerrebræ, quæ in occipitio ad interiora luxatæ

## LIBER III.

Fo. 21

ones, crebri anhelitus (quos Græci asthmata uocant) calculi, lumbrici rotundi, Ascarides, uerrucae, (quas Græci acrochordonas uocant) satyriæ, struma, & alia tubercula, sed præcipue ante dicta.

## C Apho. XXVIII.

**A.** Senioribus uero, & ad iuuentutē accendentibus,  
& horum multa, & febres diuturnæ magis, & ex  
naribus sanguinis fluxus.

**L.** Grandioribus autem, & iam accendentibus ad  
pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ ma-  
gis, & ex naribus profluvia sanguinis.

## C Apho. XXIX.

**A.** Plurimæ uero pueris passiones terminantur,  
hæ quidem in xl. diebus, hæ uero in septē men-  
sibus, hæ uero in septē annis, hæ uero ad iuuen-  
tutem accedunt: quæcunq; uero permanent pu-  
eris, & non soluuntur circa iuuentutem, aut fœ-  
minis circa menstruorum eruptiones, ueterascere  
consuerunt.

**L.** Plurimæ autem passiones puerulis iudicantur:  
nōnullæ quidem in quadraginta diebus, nōnullæ  
in septem mensibus, nōnullæ uero in annis septē,

G

## APHORIS. HIPPO.

quædam uero iam ad pubem accendentibus. Quæ uero permanserint, nec in pubertate finierint, pu- erulis, aut foeminis cum menstrua erūpunt, con- senescere consueuerunt.

### C Apho. XXX.

C Adolescentibus uero, sanguinis sputa, phthisis, <sup>Ant.</sup> febres acutæ, epilepsia, & alia ægritudines, & ma- xime prædictæ.

C Adolescentibus autē, sanguinis spuitioes, <sup>29</sup> <sup>Leoni.</sup> tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alijs, sed præcipue antedicti.

### C Apho. XXXI.

C Ultra uero hāc ætatem, asthmata, pleuretides, peri- <sup>Ant.</sup> pneumonias, lethargias, phrenesis, causon, diariæ di- uturnæ, choleras, dysceterias, lyéterias, hæmorrhoides

Asthma. C Ultra hanc ætatem, asthma, id est, creber <sup>30</sup> <sup>Leoni.</sup> helitus, morbi laterales, pulmonis inflammatiōes, lethargi, phrenetides, ardores, diurna profluvia, choleras, difficultates intestinorum, leuitates inter- <sup>Hæmoro-</sup> stinorum, hæmorrhoides.

### C Apho. XXII.

## LIBER III.

Fo. 22

**A**nn. **C** Senioribus, disniae, catarri cum tussi, strangu-  
guriae, dissuriae, articulos dolores, nephres, uertigines,  
apoplexiae, cacefiae, pruritus totius corporis,  
melancholiae, uigilie, uentris & narium humidita-  
tes, oculorum hebetudo, glaucoitas, grauitas auditus.

nephretia, &  
renum morbo  
laborant.

**L**eoni. **C** Senibus spirandi difficultates, destillationes <sup>cū</sup> Morbis senum.  
tusse, urinæ stillicidia, urinæ difficultates, articulo-  
rum dolores, renum passiones, uertigines, apo-  
plexiae, mali habitus, pruritus totius corporis, ui-  
gilie, alii, oculorum & narium humiditates, uisus  
obtusus, glaucedines, auditus graues.

**+ A P H O R I S M O R V M H I P P O /**  
eratis liber quartus, antiquæ, & Nicolai  
Leoniceni Vicentini recentioris  
interpretationis.

**C** Hic ponuntur Regule & Canones quidam, in euacuationibus spontaneis  
& arte factis, solitare diligenter obseruandi. ITEM,  
nonnulla quoq; morborum acciden-  
tia, colliguntur.

**C** Apho. I.

**A**nn. **R**ægnantes si conuenit purgate a qua-  
to mense usq; ad septimū. Minus ue-  
ro has. Minora vero & seniora uereri  
oportet.

G ij

## APHORIS. HIPPO.

Pregnantie  
curatio.

**C** Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia <sup>Leoni</sup> turget quarto mense, & usq; ad septimū, sed has minus. Iuniora autem, & seniora uereri oportet.

**C** Apho. II.

<sup>ut in 2 prima</sup> **C** In pharmacijs talia ducere ex corpore, qualia <sup>Ant.</sup> sponte uenientia sunt utilia. Quæ uero contraria uenientia, quiescere.

**C** In medicatiōibus talia educere e corpore, qua <sup>Leoni</sup> lia et sponte prodeuntia, utilia : quæ uero contraria modo prodeunt, cohibere oportet.

**C** Apho. III.

**C** Si qualia oportet purgari, purgētur, & confert, <sup>Ant.</sup> & bene ferunt : contraria ergo grauiter.

<sup>3</sup> **C** Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, <sup>Leoni</sup> & leuiter ferunt. Contraria uero, grauiter.

**C** Apho. IIII.

**C** Purgare quidem æstate superiora, hyeme uero <sup>Ant.</sup> inferiora.

<sup>Quido pure</sup> **C** Medicari æstate superiores magis, hyeme ue <sup>4</sup> <sup>Leoni</sup> ro inferiores.

L I B E R III.

Fo. 23

¶ Apho. V.

*Anti.* ¶ Sub cane & ante canem, molestæ sunt purgationes.

*Leoni.* ¶ Sub cane, & ante canem, difficiles sunt meditationes.

¶ Apho. VI.

*Anti.* ¶ Graciles, & facile uomentes purgare superius, timentes hyemem.

*Leoni.* ¶ Graciles, & facile uomentes purgare superius, cauentes hyemem.

¶ Apho. VII.

*Anti.* ¶ Difficile uero uomentes, & mediae carnosos, inferius, timentes astatem.

*Leoni.* ¶ Vomentes uero difficulter, & mediocriter bene carnosos, per inferiora, cauentes astatem.

¶ Apho. VIII.

*Anti.* ¶ Phthisicos uero metuentes, ad superiores pharmacias,

G ij

## A PHORIS. HIPPO.

¶ Tabidos uero cauetes, ad superiores purgationes. Leoni.

¶ Apho. IX.

¶ Melancholicos uero inferius, eadem ratione Ann.  
uehementius contraria apponentes.

Melancholia. ¶ Melancholicos plenius inferiores, eadem rati/9 Leoni.  
one contraria apponentes.

¶ Apho. X.

¶ Medicari in ualde acutis si expedit eadem die, Ann.  
differre enim in talibus, malum est.

Purgatio mors  
borum grauii  
quando fieri  
debeat. ¶ Medicari in ualde acutis, si materia turget ea/ Leoni.  
dem die. Tardare enim in talibus malum est. 10

¶ Apho. XI.

¶ Quibuscunq; torsiones, & circa umbilicum do/  
lores & lumbos, et dolor no solutus sit, neq; phar/  
macis, neq; aliter in hydropem siccum perficitur. Ann.

¶ Quibus tormenta, & circa umbilicum labores, Leoni.  
& lumborum dolor, qui neq; a medicamento,  
neq; aliter soluitur, in aquam inter cutem siccum  
firmatur.

¶ Apho. XII.

LIBER III.

Fo. 24

Aph. **C** Quibus uentreſ lyenterici, hyeme ſuperius me dicari, malum.

Leoni. **C** Quorum alii intestinorum leuitate laborant, <sup>12</sup> hyberno tempore ſupra purgari, malum.

**C** Apho. XIII.

Aph. **C** Ad helleboros his qui non facile furſum purgantur, ante bibitionē oportet prāhumectare corpora plurimo nutrimento, & requie.

Leoni. **C** Ad helleboros qui non facile ſupra purgantur, eorum corpora ante potionem pluri cibo, atq; quiete humectanda ſunt. <sup>13</sup>

**C** Apho. XIII.

Aph. **C** Cum biberit quis helleborum, ad motiones quidem corpus magis oportet ducere, ad ſomnos uero & immobilitates minus. Declarat autē nauigatio, quoniam corpora turbat.

Leoni. **C** Cum biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis: ad ſomnos uero, atq; ad quietem minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus. <sup>14</sup>

**C** Apho. XV.

## A PHOR I S. HIPPO.

Cum uolueris magis ducere hellebourum, mo/ <sup>Ant.</sup> ue corpus, cum uero statuere, fac somnum, & noli mouere.

Cum uolueris magis ducere helleborum, mo/ <sup>Leoni.</sup> ue corpus: cum uero sistere, somnum facito, & non moueto.

## Apho. XVI.

<sup>Dicitur &</sup> Helleborus periculosus est, sanas carnes ha/ <sup>Ant.</sup> bentibus: spasmodum enim facit.

Carnes sanas habentibus helleborus pericu/ <sup>Leoni.</sup> losus: facit enim conuulsionem.

## Apho. XVII.

Non febricitatibus existentibus, si fiat fastidium, <sup>Ant.</sup> & cordis morsus, & tenebrositas oculorum, & os amaricatum, sursum pharmacia indigere significat.

Si quis febrem non habens, abstineat a cibo, <sup>Leoni.</sup> & cordis morsum, seu uertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per su/ <sup>Ant.</sup> periora significat.

## Apho. XVIII.

LIBER IIII. A. Fo. 25

Ant. **C** Supradiaphragma dolores, sutsum pharmacia Diphysma.  
Latt. trajevo  
sum spuma.  
indigere significant: quicunq; uero inferius, signifi-  
cant inferius.

Leoni. **C** Supra præcordia dolores, purgatione indigere  
per superiora significant. Quicunq; uero inferiora  
molestant, per inferiora.

**C** Apho. XIX.

Ant. **C** Quicunq; in pharmacijs non sciunt cum pur-  
gantur, non quiescunt, donec sciunt.

Leoni. **C** Qui in medicamentis purgati, non sciunt, no-  
quiescunt, priusq; sciunt.

**C** Apho. XX.

Ant. **C** Non febricitantibus existentibus, si fiat stro-  
phos, uel genuum grauitas, & lumborum dolor,  
deorsum pharmacia indigere significat.

Leoni. **C** Non febricitantibus, si tormenta acciderint, &  
genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari in-  
ferius oportere significatur.

**C** Apho. XXI.

Ant. **C** Aegestiones nigrae, uel quasi sanguis, sponte

H

## A P H O R I S. H I P P O.

uenientes, & cum febre, & sine febre, pessimæ,  
Et quantumcunq; fuerint colores plures, magis  
malum: cum pharmaco uero melius, & quanto  
plures fuerint colores, non malum.

**C** Deiectiones nigrae, qualis est sanguis niger, Leoni  
sponte uenientes, siue cum febre, siue sine febre,  
pessimæ, & quanto colores magis praui fuerint  
plures, peius: cum medicamento uero melius, &  
quanto colores plures non praui.

**C** Apho. XXII.

**C** Aegritudinibus quibuscumq; incipiētibus si fel Ant.  
nigrum, aut sursum, aut deorsum exierit, mortale.

Bilis atra max. tu per merbi exordia. **C** Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis, Leoni  
uel supra, uel infra exierit, lethale.

**C** Apho. XXIII.

**C** Quibuscumq; ex aegritudinibus acutis, aut mul/  
ti temporis, aut abortibus, aut aliter extenuatis, si  
fel nigrū exierit, aut qualis sanguis niger, sequenti  
die cretico morientur.

**C** Quibuscumq; ex morbis acutis, aut diurnis, Leoni  
uel ex vulneribus, siue quoquis alio modo exte/  
nuatis, nigra bilis, siue uti sanguis niger de subter

L I B E R . III.

Fo. 26

exierit, postridie moriuntur.

C Apho. XXIII:

Ant. C Dysenteria, si a felle nigro inceperit, mortale.

Leoni. C Difficultas intestinorum, si ab atra bile incepit, <sup>24</sup> lethalis est.

C Apho. XXV.

Ant. C Sanguis sursum quidem qualiscunq; malum. Deorsum uero si niger exierit, bonum.

Leoni. C Sanguis quidem supra, qualiscunq; fuerit, <sup>25</sup> malus; infra autem, bonus est.

C Apho. XXVI.

Ant. C Nigræ ægestiones si a dysenteria habito, ut in/ testinorum carnes ægerantur, mortale.

Leoni. C A difficultate intestinorum habito, si ueluti ca/ runculae exeat, <sup>26</sup> lethale est.

C Apho. XXVII.

Ant. C Quibuscunq; in febribus sanguinis fluit multi/ tudo undecunq; in resumptionibus ventres his humectantur.

H ij

## APHORIS. HIPPO.

¶ Quibus in febribus sanguinis fluxerit multi / <sup>37</sup> Leon. tudo, quacunq; ex parte cum reficiuntur, alii his humectantur.

¶ Apho. XXVIII.

¶ Quibuscunq; felleæ ægestiones sunt, surditate <sup>Ant.</sup> superueniente quiescunt: & quibuscunq; surditas, felleis ægestionibus superuenientibus, quiescit.

<sup>Surditas quid  
fiat</sup> ¶ Quibus biliosæ deiectiones, superueniente sur- / <sup>28</sup> Leon. ditate cessant: & quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus, cessat.

¶ Apho. XXIX.

¶ Quibuscunq; in febribus sextanis existentibus <sup>Ant.</sup> rigores sunt, discriti sunt.

¶ Quibus in febribus sexto die rigores sunt, <sup>29</sup> Leon. difficile iudicium sequitur.

¶ Apho. XXX.

¶ Quibuscunq; exacerbationes sunt, si qua hora <sup>Ant.</sup> febris acceperit, in crastinum eadem hora incipiunt discrita.

<sup>am</sup> <sup>30</sup> R

LIBER. III.

Fo. 27

Leoni. **C** Quibuscumq; accessiones fiunt, quacumq; hora febris dimiserit, si eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile.

**C** Apho. XXXI.

Ant. **C** Laboriosis in febribus, circa articulos & circa maxillas, maxime apostases fiunt.

Leoni. **C** Lassitudinem habentibus in febribus, in arti/ Abscessus super culos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt. puratio, quā  
Graeci apostasē  
ma uocat.

**C** Apho. XXXII.

Ant. **C** Quibuscumq; resurgentibus ex morbis, si ali/ quid doluerit, apostases fiunt.

Leoni. **C** Quibuscumq; resurgentibus ex morbis si quid laborauerit, hic fiunt abscessus.

**C** Apho. XXXIII.

Ant. **C** Si uero & prius doluerit aliquid ante ægritu/ dinem, illic confirmatur ægritudo.

Leoni. **C** Sed & si ante morbum aliqua parte doluerit, 33  
hic morbus firmatur.

**C** Apho. XXXIII.

H ij

## A PHOR I S. HIPP O.

¶ Si a febre habitu tumore non existente in fau-  
cibus suffocatio repente superuenit, mortale. Ant.

¶ Si a febre habitu tumore non existente in fau-  
cibus, strangulatio repente superuenit, lethale. Leoni. 34

## Apho. XXXV.

¶ Si a febre habitu collum conuertatur ut uix Ant.  
possit deglutire, tumore non existente in collo,  
mortale.

¶ Si a fabre habitu collū perueritur, & uix posse. Leoni. 35  
test deuorare sine ullo tumore, latale est.

## Apho. XXXVI.

¶ Febricitanti si ceperint sudores, boni sunt, ter-  
tiani, quintani, septeni: & qui nono die, & xi. &  
xiiij. xvij. xx. xxi. & xxvij. & xxx. & xxxi.  
& xxxiiij. & xxxviij. Isti enim sudores aegritudines  
indicant. Qui uero ita non fiunt, dolorem signi-  
ficant, & longitudinē aegritudinis, & conuersione.

*Sudores.* ¶ Sudores febricitanti si inceperint boni, & ter- Leoni. 36  
tio die, & quinto, & septimo, & nono, & undeci-  
mo, & quartodecimo, & septimodecimo, & uigesi-  
mo, & uigesimoseptimo, & trigesimoquarto. Hi  
enim sudores iudicant morbos. Qui uero non ita

LIBER III.      Fo. 28

fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem,  
& reciduam.

¶ Apho. XXXVII.

¶ <sup>Ant.</sup> Frigidi sudores cum febre acuta quidem fas-  
ci, mortem significant. Cum molliori uero fe-  
bre, longitudinem ægritudinis significant.

¶ <sup>Leoni.</sup> Frigidi sudores, cum acuta quidem febre mor-  
tem: cum mitiori autem, longitudinem morbi su-  
gnificant.

¶ Apho. XXXVIII.

¶ <sup>Ant.</sup> Et ubi in corpore sudor, ibi ægritudinē narrat.

¶ <sup>Leoni.</sup> Qua parte corporis sudor est, ibi significat  
morbum.

¶ Apho. XXXIX.

¶ <sup>Ant.</sup> Et ubi in corpore calidum uel frigidum, ibi  
ægritudo regnat.

¶ <sup>Leoni.</sup> Et qua parte corporis calor, aut frigus, ibi  
morbus.

¶ Apho. XL.

## APHORIS. HIPPO.

¶ Et ubi in toto corpore mutationes, & si corpus aut infrigidatur, aut statim calidum fit, atque color alter ex altero fit, significant longitudinem ægritudinis.

¶ Et ubi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, uel rursus calefiat, uel color alter ex altero fiat, longitudinem morbi significat.

## Apho. XL.

¶ Sudor multus ex somno sine aliqua manifesta causa factus, significant quoniam corpus plurimo cibo utitur. Si uero cibum non accipienti hoc fiat, significant quoniam indiget euacuatione.

Sudor p son. num cur.  
¶ Sudor multus ex somno factus, ab ipso causa manifesta, corpus uti pluri cibo significant, si uero cibum non accipienti hoc accidat, scire oportet quod euacuatione indiget.

## Apho. XLII.

¶ Sudor multus frigidus uel calidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus uero minorem ægritudinem significant.

¶ Sudor multus calidus, uel frigidus superflues,

L I B E R . I I I .

Fo. 29

frigidus magis, calidus minus, significat morbū.

C Apho. XLIII.

Antt. C Febres quæcunq; non deficiētes, tertia die sunt fortiores, periculose. Quæcunq; uero sic defecēt, significant quoniam non periculose.

Leoni. C Febres quæcunq; non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, magis periculose. Quocunq; autē Febres que modo intermiscent, periculū abesse significatur.

C Apho. XLIIII.

Antt. C Quibuscunq; febres longæ, his dolores & pustulæ fiunt in articulis.

Leoni. C Quibus febres longæ, his tubercula, uel labores in articulis fiunt. Tuberculæ do loresq; artis calcrum post febrem.

C Apho. XLV.

Antt. C Quibuscunq; ex febribus resurgentibus, aut pustulæ, aut dolores fiunt in articulis, hi amplioribus cibis utuntur.

Leoni. C Quibus tubercula, uel in articulis labores fiunt, hi pluribus utuntur cibis.

AP HORIS. HIPP O.

Apho. XLVI.

C Si rigor inciderit febre non deficiente, iam debili existente uirtute, mortale.

C Si rigor incidat febre non deficiente, ergo iam debili, lethale est.

Apho. XLVII.

C Excretiones si in febribus non deficientibus liuidæ, uel sanguinæ, & fetidæ, & felleæ sint, omnes malæ sunt. Aegestæ uero bene, bona sunt, & secundum secessum, & secundum urinas. Si uero non aliquid utili egrediatur per hæc loca, malum.

C Excretiones in febribus non intermittebus, liuidæ, cruentæ, fetidæ, omnes malæ, & biliosæ. Et si bene exirent, siue per alii excretiones, siue per urinas, bona. Si uero non aliquid eorum quæ iuant, per hæc loca excernitur, malum.

Apho. XLVIII.

C In non deficientibus febribus, si quæ quidem extra frigida fuerint, quæ uero interius ardeant, & stim habeant, mortale.

C In febribus non intermittebus, si partes ex-

L I B E R . IIII. Fo. 30

teriores frigidæ, interiores uruntur, & situa habet  
at, lethale est.

¶ Apho. XLIX.

¶ In non deficientibus uero febris, si labium,  
aut oculus, aut supercilium, aut nasus distorque/  
atur, aut non uideat, aut non audiat, iam debili  
existente corpore, quodcumq[ue] horum fiat prope  
mors est.

¶ In febre non intermittente, si labrum, uel ocu/  
lus, uel nasus, uel supercilium perueratur, uel nō Mortis signa.  
uideat, uel non audiat, iam debili existente cor/  
pore, quicquid horū euenerit, mors proxima est.

¶ Apho. LI.

¶ Vbi in febre non deficiente disnia superuenie/  
rit, & desipientia, mortale.

¶ Vbi in febre non intermittente difficultas spi/  
randi, & delirium acciderit, lethale.

¶ Apho. LI.

¶ In febris apostema non solutū ad primas  
crises, longitudinem ægritudinis significat.

## APHORIS. HIPPO.

**C**In febribus, abscessus qui ad primas iudicati<sup>Leont.</sup> ones non soluunt, longitudinē morbi significant.

### **C**Apho. LII.

**C**Quibuscunq; in febribus, aut alijs ægritudini<sup>Ant.</sup> bus uoluntariæ oculi lachrymantur, nihil inconueniens. Quibuscunq; uero non secundū uoluntatem, inconueniens.

**C**Quicūq; in febribus, uel in alijs morbis spon<sup>Leont.</sup> te illachrymant, nihil absurdum: qui uero non sponte, absurdius.

### **C**Apho. LIII.

**C**Quibus in dentibus in febribus limositates<sup>Ant.</sup> fiunt, fortiores & diuturniores fiunt febres.

**C**Quibus circa dentes in febribus quidam len<sup>Leont.</sup> tores nascuntur, his fortes fiunt febres.

### **C**Apho. LIII.

**C**Quibus plerunq; tusses siccæ & modice pro<sup>Ant.</sup> uocatæ in febribus urētibus, nō ualde sitiētes sunt.

**C**Quibus plurimū siccæ tusses, leviter irritatæ in febribus ardētibus fiunt, nō multū siti infestant.

LIBER III. FO. 31  
C Apho. LV.

Ant. C In bubonibus febres factæ, omnes malæ exceptis ephimeris.

Leoni. C Ex inguinum tumoribus, febres omnes malæ, præter diarias.

C Apho. LVI.

Ant. C Febricitanti sudor superueniens, non deficiëte febre, malum. Prolongatur enim morbus, & humorem plurimum significat.

Leoni. C Febricitanti sudor superueniens, febre non deficiente, malū. Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem.

C Apho. LVII.

Ant. C A spasmo & tetano habito, febris superueniens, soluit ægritudinem.

Leoni. C Qui a conuulsione, aut distentione neruorum enetur, febre superueniente liberatur.

C Apho. LVIII.

Ant. C A causone habito, rigore supueniente solutio fit.  
I in

## APHORIS. HIPPO.

¶ A febre ardete habito, rigore supueniente, solutio. 58 Leon.

¶ Apho. LIX.

¶ Tertiana uera si non iudicatur in septem per Andriodis, longissima erit. 59

Tertiana. ¶ Tertiana exquisita, septenis circuitibus, quod Leon. longissimum est, iudicatur. 60

¶ Apho. LX.

¶ Quibuscumq; aures in febris surdescunt, sanguis ex naribus fluens, aut uenter turbatus, soluit xeritudinem. 61

¶ Quibus in febris aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aliuus turbata, soluit morbum. 62

¶ Apho. LXI.

¶ Quae iudicantur in paribus diebus, discrita sunt & amica conuersio[n]is. 63

¶ Febricitantem, nisi diebus imparibus febris re[com] liquerit, solet reciduare. 64

¶ Apho. LXII.

## LIBER III.

Fo. 3x

*Ant.* **C** Quibuscumq; in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

*Leoni.* **C** Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

**C** Apho LXIII.

*Ant.* **C** Quibuscumq; in febribus icteritia superueniet ante septimum diem, malum.

*Leoni.* **C** Quibus in febribus morbus regius ante diem <sup>Morbus aram</sup> septimum accidit, malum. <sup>atus ictrosus.</sup>

**C** Apho LXIII.

*Ant.* **C** Quibuscumq; in febribus in septimo, aut. ix. aut xi. aut quartodecimo die icteritia superuenerit, bonum: si non dextrum hypocundrium durum fiat: si uero sit, non bonum.

*Leoni.* **C** Quibus in febribus morbus regius, septimo uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextrum ilium obduruerit; si uero non, non bonum.

**C** Apho. LXV.

*Ant.* **C** In febribus, circa uentré cayma forte, & cor-

APHORIS. HIPPO.

dis morsus uel tremor, malum.

C In febribus circa uentriculum, & fortis astus,<sup>Leoni.</sup>  
& cordis morsus, uel dolor, malum.

C Apho. LXVI.

C In febribus ex somnis, timores, aut spasmi, malū.<sup>Anti.</sup>

C In febribus ex somnis, timores, uel conuulsio<sup>66</sup>  
nes, malum.<sup>Leoni.</sup>

C Apho. LXVII.

C In febribus spiritus offendens, malum, spasm<sup>67</sup>  
num enim significat.<sup>Anti.</sup>

C In febribus spiritus offendens, malum: con<sup>67</sup>  
uulsionem enim significat.<sup>Leoni.</sup>

C Apho. LXVIII.

C In febribus acutis spasmi, & circa uiscera do<sup>68</sup>  
lores fortes, malum.<sup>Anti.</sup>

C In acutis febribus conuulsiones, & circa uiscera dolores fortes, malum.<sup>Leoni.</sup>

C Apho. LXIX.

LIBER III. F. 33

**Anti.** **C** Quibus urinæ grossæ, globosæ, paucæ, non si/ ne febribus, multitudo ueniens ex his tenuis iuuat: maxime uero talia ueniunt, quibus ex prin/ cípio, aut celerius, hypostases fiunt.

**Leoni.** **C** Quibus urinæ crassæ, grumosæ, paucæ, nō si/ ne febre, multitudo ueniens ex his tenuis iuuat: præcipua uero tales ueniunt, quibus ab initio, uel breui, sedimen inest. 69

**C** Apho. LXX.

**Anti.** **C** Quibus urinæ in febribus conturbatae & con/ uersæ uelut subiugalium, his capitis dolores, aut adsunt, aut aderunt.

**Leoni.** **C** Quibus urinæ perturbatae, quales sunt iumen/ torum, his dolor capitis, uel adest, uel aderit. 70 Doloris capi/ tis note.

**C** Apho. LXXI.

**Ant.** **C** Quibus in septima terminantur, his nubē ha/ bet quarta dies in urina rubeam, uel alia secun/ dum rationem.

**Leoni.** **C** Quibus septima iudicatur, his nubeculam ha/ bet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione. 71

**C** Apho. LXXII.

K

## A P H O R I S . H I P P O .

¶ Quibus urinæ limpidæ, aut albæ, malæ, maxime si in phreneticis appearant.

¶ Quibus urinæ albæ, & perspicuæ, malæ, præsertim si in delirantibus appearant.

¶ Apho. LXXIII.

¶ Quibus hypocundria suspensa sunt, & subruginositas, lumbi dolore superueniente, uentres his humectantur, si non uentositates erumpant, aut urinæ multitudo superueniat: in febribus uero sunt haec.

¶ Quibus ilia suspensa murmurantia, lumborum dolore superueniente, his alii humectantur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat, haec uero in febribus.

¶ Apho. LXXIII.

¶ Quibus spes ad articulos apostemata conuerti, eruerit ab apostemate, urina grossa, & multa, & albæ, facta uelut in laboriosis febribus: & maxime si quartanis quibusdam incipit fieri. Si uero sanguis ex naribus fluat, ualde celeriter soluuntur.

¶ Quibus speratur abscessum futurum ad articulus extuberatio.

## LIBER III.

Fo. 34

Ios, liberat ab abscessu urina multa, crassa, & alba facta; qualis in laboriosis febribus, quarto die quibusdam incipit fieri. Si uero etiam ex naribus fluixerit sanguis, breui admodum solutio fit.

## Apho. LXXV.

**A.** Si sanguinē aut pus minxerit, renum aut uesica ulcerationem significat.

**A.** Si sanguinem, aut pus minxerit, aut renum, aut uesica exulcerationem significat.

<sup>75</sup> Sanguis, pus,  
vel quid aliud  
si mingatur,  
quid uelit.

## Apho. LXXVI.

**A.** Quibus in urina grossa quasi carnium frusta, uel sicut pili sunt, his de renibus exeunt.

**A.** Quibus in urina crassa existente, carunculae parvae, aut ueluti capilli una excunt, his a renibus excernitur.

## Apho. LXXVII.

**A.** Quibus in urina pingui existente, furfura min-  
guntur, his uesica scabit

**A.** Quibus in urina crassa furfurea quadā simul  
excunt, his uesica scabie laborat.

Kij

A P H O R I S. H I P P O.

¶ Apho. LXXVIII.

¶ Quicunq; sanguinem sponte mingunt, his de  
renibus uenae rupturam significat.

¶ Quicunq; sponte sanguinem mingunt, his a  
renibus uenulam ruptam significatur.

¶ Apho. LXXIX.

Lithiasis, mor  
bus calcularis. ¶ Quibuscunq; in urinis arenosa substantia sedi/  
mina, his uesica aut arenes lithiasim habent.

¶ Quibus in urinis arenosa subsistunt, his uesi/  
ca laborat calculo.

¶ Apho. LXXX.

¶ Si sanguinem mingunt, aut trumbos, & stran/  
guriam habent, & dolor incidit in pectinē, & sub  
uentre, & peritoneon, circa uesicā dolorē significat.

¶ Si sanguinem mingant, aut grumos, uel stil/  
licidū urinæ habeant, & dolor in imum incidat  
foem: seniur, aentrē, & pectinē, & foemen: circa uesicā labor est.

¶ Apho. LXXXI.

¶ Si sanguinem, aut pus mingunt, aut squamas,

L I B E R . IIII. *LIBER* Fo. 35

& odor grauis sit, uesicae ulcerationem significat.

*Leoni.* **C** Si sanguinē, aut pus minxerit, aut squamulas,  
81 & grauis odor adsit, uesicae ulcerationē significat.

**C** Apho. LXXXII.

*Anh.* **C** Quibus in urinali via pustulae nascuntur, sa-  
niæ facta & erupta, solutio sit morbi.

*Leoni.* **C** Quibus in urinaria fistula tubercula nascuntur,  
his suppuratione facta, & eruptione, solutio.

**C** Apho. LXXXIII.

*Anh.* **C** Vrina multa facta noctu, modicum secessum  
significat, & econuerso.

*Leoni.* **C** Mictio noctu plurima facta, paruam signi-  
ficat deiectionem.

⊕ A P H O R I S M O R V M H I P P O /  
cratis liber quintus, antiquæ, & Nicolai  
Leoniceni Vicentini nouæ  
interpretationis.

**C** Corporibus purgatis que accidentia contingant, ista docetur partula.  
Et que calidi frigidis sit operatio. Atq; etiam, quibus utro gerente,  
alii mulieres accidentibus obnoxiae. Aegritudinum insuper  
accidentia quedam, annectuntur.

K ij

# APHORIS. HIPPO.

Id est, ex hcl  
leboris sumptioe



¶ Apho. I.

Spasmus ex helleboro, mortale.

Ant.

¶ Conuulsio ex helleboro, letalis est.

Leoni.

¶ Apho. II.

Spasmus uul-  
neratorum.

¶ In uulnere spasmus superueniens, mortale.

2

¶ Conuulsio ex uulnere, letalis est.

Leoni.

¶ Apho. III.

¶ Sanguine multo fluente, spasmus innatus, aut singultus, malum.

Ant.

¶ Vbi sanguis plurimus fluxerit, singultus, aut conuulsio superueniens, malum.

3

Leoni.

¶ Apho. III.

¶ Spasmus innatus, & singultus post nimiam inanitionem, malum.

4

Hic Aphorismus, neq; in Theodori, neq; Leoniæni textu ponitur.

¶ Ex superflua purgatione, conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

5

Leoni.

¶ Apho. V.

¶ Leon.

A. th.

Leoni.

Leoni.

Ant.

**L**eoni. **C**In omni immoderata purgatione, spasimus, aut <sup>Purgatiois leonis signum.</sup> singultus innatus, malum.

**C**Apho. VI.

**A**nth. **C**Si inebriatus aliquis repete sine uoce fiat, spasmus innato moritur, si non febris acceperit eum, aut ante horam secundum quam crapulae soluantur loquitus fuerit.

**L**eoni. **C**Si ebrius quispiam repente obmutuerit, con-<sup>Ebrietatis affectio.</sup> uulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam peruerterit qua soluantur crapulae, uocem recuperet.

**C**Apho VII.

**A**nth. **C**Quicunq; a tetano apprehenduntur, in quatuor diebus moriuntur. Si uero hos effugerint, salui fiunt.

**L**eoni. **C**Quicunq; a distentione corripuntur, in quatuor diebus pereunt: si uero has effugerint, sani fiunt.

**C**Apho. VIII.

**A**nth. **C**Epilepsia quibus ante iuuentutem nascuntur, mutationem habent: quibus uero post vigesimum quintum annum, commoriuntur plurimum.

## APHORIS. HIPPO.

¶ Quibuscunq; morbi comitiales fiunt, ante pu/<sup>Leoni</sup> bertatem, mutationem accipiunt: quibuscunq; au/<sup>m</sup> tem uigesimali, commoriuntur.

### Apho. IX.

¶ Quicunq; pleuretici facti, in xiiij. diebus non <sup>Ant.</sup> purgantur, hi in empima transeunt.

¶ Quicunq; morbo laterali laborantes in qua/<sup>Leoni</sup> tuordecim diebus non repurgantur, hi ad sup/<sup>m</sup> purationem uertuntur.

### Apho. X.

¶ Phthisis fit maxime in ætatibus, a xviij. annis, <sup>Ant.</sup> usq; ad xxxv. annum.

¶ Tabes fiunt maxime ætatibus, a decimoctauo <sup>Leoni</sup> usq; ad trigesimum quintum.

### Apho. XI.

¶ Quicunq; squinantiam effugunt, & ad pul/<sup>Ant.</sup> monem eis conuertitur, in diebus septem mori/<sup>m</sup> untur: si uero hos effugerint, empici fiunt.

¶ Quicunq; ab angina liberantur, his ad pul/<sup>Leoni</sup>

LIBER V. Fr. 37

monem uertitur, & in septem diebus percunt: si  
vero has effugerint, suppurantur.

¶ Apho. XII.

Anti. ¶ Qui a phthisi molestantur, si sputum qualemque  
expuunt, graue fetet super carbones effusum, &  
capilli a capite defluunt, mortale.

Leoni. ¶ Qui tabe molestantur, si sputum quod extussi  
unt graue olet iniectum carbonibus, & capilli a  
capite defluunt, lethale.

¶ Apho. XIII.

Anti. ¶ Quibuscumque phthisicis capilli defluunt, diaria  
superueniente, moriuntur.

Leoni. ¶ Quibuscumque tabe laborantibus, capilli a capite  
defluunt, his alii pfluuiio supueniente, moriuntur.

¶ Apho. XIII.

Anti. ¶ Quicunque sanguinem spumosum expuunt, his  
ex pulmone eductio sit.

Leoni. ¶ Quicunque spumosum sanguinem expuunt, his  
ex pulmone eductio sit.

¶ Apho. XV. L

## APHORIS. HIPPO.

¶ Phthisi habitus, diaria superueniente, mortale. Ante.

¶ A tabe habitus, pfluuiū alui supueniens, lethale. 14 Leon.

## ¶ Apho. XVI.

¶ Quicunq; ex pleuretide empici fiunt, si purgentur in xl. diebus, a qua die ruptura fit, quiescent: si uero non, in phthisim transeunt. Ante.

¶ Quicunq; ex morbo laterali suppurrantur, si in 15 Leon. quadragesima diebus purgantur, a die qua fit ruptio, liberantur. Si uero non, ad tabem transeunt.

## ¶ Apho. XVII.

¶ Calidum nocet, hoc frequenter utentibus, carniū effeminationem facit, neruorū incontinētiā, mentis stuporem, fluxum sanguinis, & defctiones spiritus, quibusdā uero & mors sequitur. Ante.

¶ Calidum, ubi quis sāpius eo utatur, hæc mala 16 Leon. affert, carnium effeminationem, neruorū incontinētiā, mentis torporem, profluvia sanguinis, animi defctionem, hæc ad quæ mors. ad quæ mors.

## ¶ Apho. XVIII.

¶ Frigidū uero, spasmos, & tetanos, & nigrores, Ante. & febrilium rigores.

**Anti.** **Lconi.** **C** Frigidum autem, conuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles.

**C** Apho. XIX.

**Anti.** **C** Frigidū, inimicū neruis, ossibus, dentibus, cerebro, spinali medullæ. Calidū uero utile, & amicū.

**Lconi.** **C** Frigidum, inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullæ. Calidum uero utile.

**C** Apho. XX.

**Anti.** **C** Quæcunq; infrigidata sunt, recalescecere oportet, exceptis quibuscunq; sanguinē manare futurū est.

**Lconi.** **C** Quæcūq; refrigerata sunt, excalefacere oportet, exceptis his quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.

**C** Apho. XXI.

**Anti.** **C** Ulceribus, frigidum mordax, cutem indurat, dolorem sine sanie facit, nigrores, rigores, spasmos, tetanos, & febres.

**Lconi.** **C** Ulceribus, frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, liuore obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones,

A P H O R I S. H I P P O.

¶ Apho. XXII.

¶ Est autem ubi in tetano sine uulnere, iuuene <sup>Anh</sup> bene carnoſo, & ſtate media, aquæ frigidæ multa infuſio, caloris reuocationem facit. Calor uero hic liberat.

¶ Est autem ubi in diſtentione ſine ulceratione, <sup>Leont.</sup> iuuene bene carnoſo, & ſtate media, frigidæ aquæ multa pfluſio, calorē reuocat. Calor autē hæc ſoluit.

¶ Apho. XXIII.

¶ Calidū ſanī faciens non in omni uulnere ma-  
ximum ſignum ad certitudinē, cutem mollit, at/  
tenuat ſine dolore, rigorū, & tetanorū, & ſpas-  
morum mitigatorium. Eorum uero quæ in capite  
ſunt, ſoluit grauedinem. Plurimū confert oſſium  
fracturis, magis uero denudatis. Horū autē ma-  
xime in capite uulnera habentibus, & quæcunq;  
a frigiditate moriuntur, aut uulnerantur, & herpe-  
tis comedentibus, ano, pudendo, uellicæ, & matrici.  
Calidum quidem determinans & amicum: frigi-  
dum uero contrarium, & occidens.

¶ Calidum ſuppuratorium non in omni ulcere, <sup>Anh</sup> magnum ad ſecuritatem indicium, cutem mollit,  
extenuat, dolorem ſedat, rigores, conuulſiones, &

distensiones mitigat: & ex his quæ ad caput at  
tinent, eius soluit grauitatē. Plurimū autem con/  
fert, ossium fracturis, sed nudis præcipue, eorumq;  
maxime, qui in capite ulcerā habent, & quæcunq;  
a frigore moriuntur, uel ulcerantur, & repentinib⁹  
comesis, sedi, pudendis, utero, uescat: his calidū  
amicū, & iudicantis, frigidum inimicū, & perimens.

**C** Apho. XXIII.

**Aph.** **C** In his uero oportet frigido uti, unde sanguis  
fluere futurus est, non super loca, sed circa ea. Et  
quæcunq; phlegmones, aut inflammatiōes, in ru/  
beum, aut subsanguineū colorem sunt tendentes,  
ex recenti sanguine, quoniam ueterata denigrat,  
& iuuat Erysepelam non uulneratam: quoniam  
uulneratæ nocet.

**Leoni.** **C** In his frigido utendū, unde fluit sanguis, aut  
fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa unde in/  
fluit: & quæcunq; inflammatiōes, uel inflammata  
ad rubrum, & subcruentum sanguine recenti ten/  
dunt: nam ueteribus nigredinē affert. Erysipelas  
etiam noa ulceratū iuuat, nam exulceratū lœdit.

**C** Apho. XXV.

**Aph.** **C** Frigida uelut nix uel chrystallus, pectori ini/  
Li ij

# A P H O R I S. H I P P O.

mica, tusses commouentia, sanguinem fluere facientia & catarrhos.

Nix gelu  
quavis,

**C** Frigida qualis nix, & glacies, pectori inimica, <sup>Leoni.</sup> 24 tusses mouent, & sanguinem, & destillationes.

**C** Apho. XXVI.

**C** In articulis dolores, & tumores, sine ulceratione, <sup>Ant.</sup> podagram, & spasmum, & horum plurima, frigida aqua infusa refrigerat & attenuat, & dolor soluit: stupor enim mediocris dolorē minuit.

**C** Tumores articulorū, atq; dolores absq; ulcere, <sup>Leoni.</sup> & podagrīcos quoq; atq; conuulsa, horum plurima, frigida aqua large effusa leuat, & extenuat, soluitq; dolorē. Nā modicus torpor dolorē soluit.

**C** Apho. XXVII.

**C** Aqua quæ cito calescit & cito infringidatur, <sup>le/</sup> <sup>Ant.</sup> uissima est.

<sup>Quæ melior</sup>  
<sup>leuiorq; aqua.</sup>

**C** Aqua quæ ciro calet, & cito refrigeratur, <sup>le/</sup> <sup>Ant.</sup> uissima est.

**C** Apho. XXVIII.

**C** Quibuscumq; bibere desideriū est noctu valde <sup>Ant.</sup>

LIBER V. Fo. 40

sientibus, si superdormierint, bonum.

Leoni. **C** Qui noctu bibere appetunt, his admodum  
tientibus si superdormierint, bonum.

**C** Apho. XXIX.

Ant. **C** Muliebria educit, ex aromatibus calefactio.  
Multoties uero & ad alia utilis esset, si non capi-  
tis grauedinem faceret.

Leoni. **C** Suffitus aromati muliebria dicit. Sæpius uero  
& ad alia utilis esset, nisi capit is grauitate. Aromati si se fumigatio.

**C** Apho. XXX.

Ant. **C** Mulier in utero habens phlebotomata, abor-  
sum facit: sed magis, cuius maior est foetus.

Leoni. **C** Mulier utero gerens, sanguine missa ex uena,  
abortit, & magis si foetus sit maior.

**C** Grauidas purgare, turgente materia, a quarto  
mense usq; ad septimū, minus uero has. Recen-  
tiores autem, & seniores uererit oportet.

**C** Apho. XXXI.

## A PH O R I S . H I P P O .

¶ Mulieri in utero habenti, ab aliqua acutarum  
exgritudinum accipi, mortale. Ant. Ann.

¶ Mulierem utero gerentē, capi ab aliquo morbo acuto, latale est. Leoni. Ann.

## ¶ Apho. XXXII.

¶ Mulieri sanguinem uomenti, menstruis superuenientibus, solutio fit. Ant. Ann.

¶ Mulieri sanguinem euimenti, menstruis etrum pentibus, solutio. Leoni. Ann.

## ¶ Apho. XXXIII.

¶ Mulieri menstruis non superuenientibus, sanguinem ex naribus fluere, bonum est. Ant. Ann.

¶ Menstruis deficiētibus, sanguis ex naribus fluens, bonum. Leoni. Ann.

## ¶ Apho. XXXIV.

¶ Mulieri in utero habenti, si uenter multū fluat, periculum est abortiendi. Ant. Ann.

¶ Mulieri in utero gerenti, si aliud plurimū profluat, periculum est ne abortiat. Leoni. Ann.

L I B E R V .      F o . 41  
C Apho.      XXXV.

A n n . C Mulieri quæ a matrice molestatur, aut difficulter generanti, sternutatio superueniens, bonum.

L e o n i . C Mulieri quæ uterinis molestatur, aut difficulter parit, superueniens sternutatio, bonum. 35

C Apho.      XXXVI.

A n n . C Mulieri menstrua habenti, sine colore proprio, & non secundum se semper facta, purgatione indigere significat. 36

L e o n i . C Mulieri menses decolores, nec per idem semper tempus uenientes, purgationem indicant esse necessariam.

C Apho.      XXXVII.

A n n . C Mulieri in utero habenti, si subito mammilla gracie fiant, abortit.

L e o n i . C Mulieri utero gerenti, si mammæ gracie repente fiant, abortit. 37 Mammarum madies subita quid portent dat.

C Apho.      XXXVIII.

A n n . C Mulieri in utero habenti, si altera mammilla M

## A P H O R I S. H I P P O.

gracilis fiat, geminos habenti, alterum abortiet.  
Et si quidem dextra gracilis fiat, masculum: si ue-  
ro sinistra, foeminam.

38  
**C** Mulieri utero gerenti, si altera mamma graci-  
lis fiat, geminos habenti, alterum abortit. Et si  
quidem mamma dextra gracilis fiat, marcin: si  
vero sinistra, foeminam.

## C Apho. XXXIX.

**C** Si mulier, quæ neq; prægnans, neq; genera-  
uit, lac habet, huius menstrua defecerunt.

*Mensium de-  
ficiens signum*  
39  
**C** Si mulier, quæ neq; grauida est, neq; peperit,  
lac habet, huic menstrua defecerunt.

## C Apho. XL.

**C** Mulieribus quibus ad māmillas sanguis con-  
uertitur, maniam significat.

40  
**C** Quibuscumq; mulieribus ad mammas sanguis  
colligitur, furorem significat.

## C Apho. XLI.

**C** Mulierem si uis scire si concepit, mellicratum  
quando dormitura est da ei bibere, & si quidem

## LIBER V. Fo. 42

torsiones habuerit circa uentrem, concepit: si uero non, minime.

Leoni.

**C** Si uelis noscere an concepit mulier, cum dolor mitura est, ei aquam multis potandam da, & si alii termina patief, cocepit: si minus, non cocepit.

**C** Apho. XLII.

Ann.

**C** Mulier siquidem masculum concepit, bene colorata est: si uero foeminam, discolorata.

Leoni.

**C** Mulier si marem concepit, bene colorata est, color marem uel foemellam gestantis.

**C** Apho. XLIII.

Ann.

**C** Si mulieri pregnanti erysipela sit in matrice, mortale.

Leoni.

**C** Si mulieris grauidæ, in utero sit erysipelas, letale.

**C** Apho. XLIV.

Ann.

**C** Quæ præter naturam tenues existentes concipiunt, abortiunt, anteq; grossescant.

Leoni.

**C** Quæcunq; præter naturam tenues existentes, utero gerunt, abortiunt, priusq; crassescant.

M n

## APHORIS. HIPP O.

¶ Apho. XLV.

¶ Quæcunq; corpora moderate habentes abor/<sup>Ant.</sup> tiunt, secundo mense, aut tertio, sine omni occasione manifesta, his cotilidones mucilaginibus pleni sunt, & non possunt præ grauedine tenere. foetum, sed abrumpuntur.

¶ Quæcunq; mediocriter corpora habentes ab/<sup>Leoni</sup> ortiunt, secundo, aut tertio mense sine occasione manifesta, his acetabula uteri plena mucoris sunt, & non possunt ex pondere foetum contine/re, sed disrumpuntur.

¶ Apho. XLVI.

¶ Quæcunq; existentes preter naturam crassæ, <sup>Ant.</sup> non concipiunt, his pinguedo os matricis obtusat, & priusq; extenuentur, non concipiunt.

¶ Quæcunq; preter naturam crassæ, non con/<sup>Leoni</sup> cipiunt utero: his omentum os uteri comprimit, & priusq; extenuentur non concipiunt.

¶ Apho. XLVII.

¶ Si matrix in uertebro posita fecerit saniem, <sup>Ant.</sup> necesse est commotum fieri.

L I B E R . V.

Fo. 43

Leoni. **C** Si uterus in coxam uergens suppuratur, ne/  
cessē est linamentum fieri.

<sup>47</sup>

**C** Apho. XLVIII.

Ant. **C** Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ ue/  
to in sinistris magis.

Leoni. **C** Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ ue/  
to in sinistris magis.

<sup>48</sup>

**C** Apho. XLIX.

Ant. **C** Ad matricis præcipitationes obtalmicum ap/  
ponens appræhendere os & nares.

Leoni. **C** Ut secunda procidat, sternutatorio apposito,  
& nares appræhendito, & os.

<sup>49</sup>

**C** Apho. L.

Ant. **C** Mulieri in utero habenti tenasmon innatus,  
abortire facit.

Hic Aphorismus deficit a Theodore, & a Leoniano.

**C** Apho. LI.

Ant. **C** Mulieris menstrua si uelis retinere, sithiā ma/  
iorem ad mammillas appone.

M iñ

## A P H O R I S . H I P P O .

¶ Mulieri si uelis menstrua cohibere, cucurbitu<sup>Leont.</sup>  
lam q̄ maximam ad mammae appone. <sup>50</sup>

¶ Apho. LII.

¶ Quaecunq; in utero habent, his concluditur <sup>Anh.</sup>  
os matricis. <sup>Anh.</sup>

Pregnans siccum. ¶ Quæ utero gerunt, his uteri os comprimitur. <sup>Leoni.</sup>  
gnus. <sup>51</sup>

¶ Apho. LIII.

¶ Mulieri in utero habenti, lac ex mammillis mul- <sup>Anh.</sup>  
tum fluens, foetū significat debilem. Si uero ubera <sup>Leoni.</sup>  
ra dura fuerint, sanum significant foetum. <sup>Anh.</sup>

¶ Mulieri utero gerenti, si lac multum e mam- <sup>Anh.</sup>  
mis effluat, foetum imbecillem significat. Si uero <sup>Leoni.</sup>  
mammæ solidæ fuerint, foetum significat saniore. <sup>Anh.</sup>

¶ Apho. LIV.

¶ Quaecunq; corrupturæ sunt foetus, his ubera <sup>Anh.</sup>  
gracilia funt. Si uero rursus, dura funt. Et si do-  
lor est in uberibus, aut in uertebris, aut in geni-  
bus, aut in oculis, non corrumpuntur. <sup>Anh.</sup>

¶ Quæ corrupturæ sunt foetus, his mammae ex- <sup>Anh.</sup>  
piuntur. <sup>53</sup>

LIBER V. Fo. 44

tenuantur. Si uero rursus duræ fiant, dolor aut  
mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infes-  
titabit, & non corruptent.

¶ Apho. LV.

Ant. ¶ Quibuscunq; os matricum durum est, his ne-  
cessere est os matricum concludi.

Leoni. ¶ Quibus os uteri durum est, his uteri os com-  
primi est necessarium. 54

¶ Apho. LVI.

Ant. ¶ Quæcunq; in utero habentes, a febribus ae-  
cipiuntur, & fortiter calefiunt sine occasione  
manifesta, generant periculosæ, & difficulter, aut  
abortiunt pericitantes.

Leoni. ¶ Quæcunq; utero gerentes, a febribus corripi-  
untur, & fortiter calefiunt sine occasione manife-  
sta, difficulter pariunt, & cum periculo, aut ab-  
ortum facientes, periclitantur. 55

¶ Apho. LVII.

Ant. ¶ In fluxu muliebri, spasimus & animi defectio  
si superueniant, malum.

## APHORIS. HIPPO.

**C**In fluxu muliebri, si conuulsio, & animi dese/  
ctus aduenierit, malum. 56.  
Leoni.

**C**Apho. L VIII.

**C**Menstruis plurimis uenientibus, accident  
ægritudines; & non uenientibus, a matrice acci/  
dunt ægritudines. 57.  
Ant.

**C**Si menstrua plura fiant, accident morbi: & si  
non fiant, ex utero morbi contingunt. 58.  
Leoni.

**C**Apho. L IX.

**C**In ano phlegmone patienti, & matrice phle/  
gmonem habenti, stranguria superuenit. In epate  
uero phlegmone patienti, singultus superuenit.  
Et in renibus habentibus sanic, stranguria accidit. 59.  
Leoni.

**C**Recto intestino, aut utero inflammationē pa/  
tiente, urinæ stillicidium accidit: & renibus puru/  
lentis, urinæ aduenit stillicidium. 60.  
Leoni.

**C**Apho. L X.

**C**Mulier si non conceperit, uelis autem scire si  
concipiet, contegens uestimentis suffumiga deor/  
sum, & si quidem transire uideatur odor p cor/

pus ad os, & nares: cognosce, quoniam ea non  
propter se non generat.

**L**eoni. **C** Si mulier non concipit, scire autem uelis si  
conceptura sit, pannis circuictam desubter suffi-  
as: & si odor uideatur per corpus ire ad nares,  
& os, scito q̄ ipsa non ex se ipsa sterilis est.

**Apho.** LXI.

**A**nn. **C** Mulieri in utero habenti, si purgationes exe-  
unt, impossibile est foetum sanum esse.

**L**eoni. **C** Si mulieri utero gerenti purgationes eant, im-  
possibile est foetum esse sanum.

**Apho.** LXII.

**A**nn. **C** Si mulieri purgationes non exeunt, neq; fe-  
bræ, neq; rigore superueniente anxietates, abho-  
minations, & defctiones animi ei acciderint,  
reputa hanc in utero habere.

**L**eoni. **C** Si mulieri cessant purgatiōes, neq; febris, neq;  
rigor superueniat, & fastidia incident, iudica ip/signum inno-  
sam in utero habere.

**Apho.** LXIII.

N.

## APHORIS. HIPP O.

¶ Quæcunq; frigidas & densas matræ habent, An*ii*  
non concipient. Et quæcunq; humidas habent  
matræ, non concipient: extinguitur enim in eis  
semen. Et quæcunq; siccas, & magis ardentes,  
non concipient: indigentia enim nutrimenti cor-  
rumpit semen. Et quæcunq; ex utrisq; tempe-  
riæ habet moderatæ, huiusmodi sunt generatæ.

¶ Quæcunq; frigidos, & spissos uteræ habent, Le*on*i  
non concipiunt. Et quæcunq; præhumidos ute-  
ræ habent, non concipiunt: extinguitur enim in  
eis genitura. Et quæcunq; sicos magis, & adu-  
rentes. Nam ex defectu alimenti corruptitur se-  
men. Quæcunq; uero ex utrisq; mediocrem ha-  
bent temperaturam, hæ fecundæ sunt.

¶ Apho. LXIII.

¶ Similiter in maribus, aut enim propter rarita- An*ii*  
tem corporis spiritus extra fertur, ut non incidat  
semen, aut propter densitatē humidum non dif-  
fundetur extra, aut propter frigidum non calefir,  
ita ut congregate ad hunc locum, aut propter  
caliditatem ipsum hoc sit.

¶ Similiter autem & in maribus: aut enim pro/Le*on*i  
pter corporis raritatē spiritus extra fertur, ut se-  
men non transmittatur ad os: uel propter spissis-

tudinem humor non exit foras, uel propter fri-  
giditatem non concalscit, ita ut ad hunc colliga-  
tur locū: uel propter caliditatē hoc idem accidit.

## C Apho. LXV.

**A**n. **C** Lac dare caput dolentibus, malum est. Malū <sup>Lac quibus</sup> dandū, & nō  
uero & febricitantibus, & quibuscumq; hypocun-  
dria suspensa fugiunt, & sisticulosis. Malum uero  
quibus fellei fecessus, & quibus sanguinis multa  
zeugstio facta est. Cōuenit uero phthisicis, nō ual-  
de febricitantibus. Dare uero & in febribus lon-  
gis, nullo prædictorum signorum præsente, &  
extra rationem tabefactis.

**A**n. **C** Lac dare caput dolentibus, malum: malū ue-  
ro & febricitatibus, & quibus ilia suspensa mur-  
bus conueniat, <sup>v̄sus lactis q̄o</sup>  
muran, & sisticulosis: malum autem & quibus in <sup>& quibus nō</sup>  
febribus acutis biliosae sunt deiectiones, & quibus  
sanguinis multi deiectio facta est. Conuenit autē  
& tabidis dare, qui non ualde multū febricitat, &  
in febribus longis, & paruis, si nullum ex supra-  
dictis signis affuerit, & præter rationē cōsumptis.

## C Apho. LXVI.

**A**n. **C** Quibus tumores in uulneribus apparent, nō  
ualde spasmantur, neq; insaniunt. His uero non  
N ij

## APHORIS. HIPPO.

apparentibus repente, quibus quidem retro spal-  
mi, & tetani sunt. Quibus uero in priori parte,  
mania & dolor lateris acutus, aut empima, aut  
dissenteria, si rubeci sunt tumores.

65 **C** Quibus tumores in ulceribus apparent, non <sup>Leoni.</sup>  
conuelluntur maxime, neqp insaniunt. Verum his  
euanescentibus, de repente quibusdam a tergo con-  
vulsiones, & distensiones sunt. Quibusdam <sup>parte ant.</sup> <sub>seiori</sub> ante  
insania, uel dolor lateris acutus, uel suppuratio,  
uel difficultas intestinorum, si tumores sunt rubicundi.

## Apho. LXVII.

66 **C** Si uulneribus malis, & fortibus existentibus, <sup>Anh.</sup>  
tumor non appareat, magnum malum.  
Laxa bona, cruda mala.

66 **C** Si in uulneribus fortibus, & prauis, tumor <sup>Leoni.</sup> no  
appareat, ingens malum.

67 **C** Molles, boni : crudi uero mali.

## Apho. LXVIII.

68 **C** Posteriora capitis dolentia, in fronte recta ue- <sup>Anh.</sup>  
na incisa, iuuat.

68 **C** Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte <sup>Leoni.</sup>  
recta uena incisa, prodest.

LIBER V. Fo. 47

¶ Apho. LXIX.

Anno. ¶ Rigores mulieribus incipiunt ex lumbis magis, & per dorsum ad caput, & uiris retro magisq; in priori parte corporis, uelut cubitorum, coxarum, & propter cutem raram, declarat uero pilus.

Lc. ii. ¶ Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & uiris parte corporis posteriore magis, q; anteriore, ueluti femorum, cubiti. Sed & cutis rara, indicio autem est pilus.

¶ Apho. LXX.

Anno. ¶ A quartanis habitu non ualde a spasmis apprehenduntur. Si uero apprehendantur prius, & superueniat quartana, soluuntur.

Lc. iii. ¶ A quartanis capti, non admodum a conuulsionibus capiuntur. Si uero prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur.

¶ Apho. LXXI.

Anno. ¶ Quibus circumtenditur cutis dura & secca, sine sudore finient: quibus uero laxa & rara, cum sudore finient.

N in

## APHORIS. HIPPO.

**C** Quibus cutes circumtenduntur aridæ, & siccæ, <sup>71</sup> Leoni.  
sine sudore moriuntur: quibus uero laxæ, & ra-  
tæ, cum sudore moriuntur.

### Apho. LXXII.

Icteros, mors- **C** Icteric non ualde sunt inflati.

bus cū per toe-

cū corpus bis-

lis suffunditur

**C** Qui regio morbo laborat, nō multū uētosi sūt. <sup>72</sup> Leoni.

Anh.

## + APHORISMORVM HIPPO, cratis liber sextus, antiquæ, & Nicolai Leoniceni Vicentini nouæ interpretationis.

**C** Signa notari; hic liber multis habet ad varias, bonum  
malumque absolute prædientes.

### Apho. I.

**C** N diuturnis lyenteris, oxiremia superue- <sup>73</sup> Anh.  
niens, prius non existens, signum bonum.

Leuitatis intro-

ſiñorum ſi

gnum bonum,

dus fiat, qui prius non erat, signum bonum.

**C** In longis leuitatibus intestinorū, ſi ructus aci- <sup>74</sup> Leoni.  
gnum bonum, dus fiat, qui prius non erat, signum bonum.

### Apho. II.

## LIBER VI.

Fo. 48

**L**eoni. **C** Quibus nares humidæ naturaliter, & semen  
humidum, cito infirmantur: quibus uero contra/  
ria, salubrius.

**A**nth. **C** Quibus nares natura humidiores, & genitura  
humidior, minus integra sanitate fruuntur. Qui/  
bus uero contraria, salubrius degunt.

**C** Apho. III.

**A**nth. **C** In diuturnis dissenterijs, abstinentia malum,  
& cum febre peius.

**L**eoni. **C** In longis difficultatibus intestinorum, inediae  
ex fastidio, malum, & cum febre peius.

**C** Apho. III.

**A**nth. **C** Circufluentia ulcera male cosuetudinis, malum.

**L**eoni. **C** Vulnera circumglabra, prava sunt.

**C** Apho. V.

**A**nth. **C** Dolores in lateribus, & pectoribus, & in alijs  
corporis partibus, si multum differunt ad di/  
scernendum, malum.

**L**eoni. **C** Dolores qui sunt in lateribus, & pectoribus,

A P H O R I S. H I P P O.

atq; alijs partibus, si multū differat perdiscendū.

¶ Apho. VI.

¶ Nephretici, & circa uesticam dolores, laboriosæ <sup>Ant.</sup> sanantur in senibus.

¶ Renum, & uesticæ uitia in senioribus difficulter <sup>Leoni.</sup> sanantur.

¶ Apho. VII.

¶ Dolores & tumores secundū uentre existentes, <sup>Ant.</sup> superiores quidem leuiores, inferiores fortiores.

¶ Dolores uentris sublimes, leuiores. Qui uero <sup>7</sup> <sup>Leoni.</sup> non sublimes, fortiores.

¶ Apho. VIII.

¶ Hydropicis, quæ uulnera in corpore nascuntur, non facile sanantur.

¶ Aqua intercitem laborantibus, ulcera in cor-<sup>8</sup> <sup>Leoni.</sup> pore facta difficulter sanantur.

¶ Apho. IX.

¶ Latr pustulæ, non admodum pruriginosæ sunt. <sup>Ant.</sup>

LIBER VI. FO. 49

Iconi. C Latae pustulae non admodum pruriunt.

C Apho. X.

Ani. C Caput dolenti, uel circumdolenti, sanies, aut aqua, aut sanguis defluens secundum aures, & nares, soluunt agritudinem.

Iconi. C Caput dolenti, & circumdolenti, pus, uel aqua, uel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum soluit.

C Apho. XI.

Ani. C Melancholicis, & phreneticis, hæmorrhoides innatae, bonum.

Iconi. C Atra bile uexatis, & renum passionibus, hæmorrhoides superuenientes, bonum.

C Apho. XII.

Anti. C Hæmorrhoides sananti antiquas, si non una fuerit relicta, periculum est fieri hydroponem, aut phthisim, aut maniam.

Iconi. C A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si una non seruatur, periculum est aquam inter cutem, uel tamen aduenire.

O

## A P H O R I S. H I P P O.

¶ Apho. XIII.

¶ A singultu habitu, sternutatio superueniens, <sup>Anh.</sup> soluit agritudinem.

¶ A singultu habitum, sternutatio superueniens <sup>13</sup> <sub>Leoni.</sub> liberat.

¶ Apho. XIII.

¶ Ab hydrope habitu, secundum uenas in uenis <sup>Anh.</sup> trem aqua fluente, solutio fit.

¶ Ab aqua inter cutem habitu, si aqua e uenis <sup>14</sup> <sub>Leoni.</sub> in uentrem defluxerit, soluitur morbus.

¶ Apho. XV.

¶ A diaria habitu diurna, spontaneus uomitus <sup>Anh.</sup> superueniens, soluit agritudinem.

¶ A longo alui profluvio habitu, spontaneus <sup>15</sup> <sub>Leoni.</sub> uomitus superueniens, morbum soluit.

¶ Apho. XVI.

¶ A pleuretidæ habitu, aut peripneumonia, dia- <sup>Anh.</sup> ria superueniens, malum.

¶ A morbo laterali, uel pulmonia habitu, alui <sup>16</sup> <sub>Leoni.</sub> profluum adueniens, malum.

L I B E R VI. Fo. 50  
C Apho. XVII.

Ant. C In oculis patientem, diaria accipi, bonum.

Leoni. C Lippientem, alui profluio corripi, bonum.

C Apho. XVIII.

Ant. C Vesicam incisam, aut cerebrum, aut cor, aut  
diaphragma, aut epar, aut uentrem, aut renes, aut  
intestinorum aliquod gracilium, mortale.

Leoni. C Vesica dissicssa, aut cerebro, aut corde, aut se/  
pto, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut uen/  
triculo, aut iecore, laxata est.

C Apho. XIX.

Ant. C Quando incisum fuerit os, aut cartilago, aut  
neruus, aut maxillæ tenues, aut præputium, neq;  
crescit, neq; conglutinatur.

Leoni. C Cum dissicsum fuerit os, aut cartilago, uel  
neruus, aut genæ particula tenuis, uel præputiū,  
neq; augetur, neq; coalescit.

C Apho. XX.

Ant. C Si in uentrem sanguis effundatur præter na/  
turam, necesse est in sanieum conuerti.

O ij

## A P H O R I S . H I P P O .

¶ Si in uentre sanguis præter naturam effun/<sup>20</sup> Leoni.  
ditur, necesse est suppurari.

¶ Apho. XXI.

¶ Maniacis, hæmorrhoidibus, aut uaricibus in/<sup>21</sup> Anh.  
natis, mania solutio fit.

¶ In insanientibus si uarices, uel hæmorrhoides/<sup>22</sup> Leoni.  
superuenerint, insania solutio.

¶ Apho. XXII.

¶ Quibuscumq; dolores a dorso in cubitos tran/  
seunt, phlebotomia soluit.

¶ Quæcumq; rupta ex dorso ad cubitum descen/<sup>23</sup> Leoni.  
dunt, uenæ sectio soluit.

¶ Apho. XXIII.

¶ Si timor, & pusillaminitas, multum habeant <sup>Anh.</sup>  
tempus, habentem melancholicum perficit.

¶ Si timor, atq; mœstitia longo tempore haben/<sup>24</sup> Leoni.  
tes perseverent, ex eo atra bilis significatur.

¶ Apho. XXIII.

L I B E R VI. Fo: 51

Ant. C Intestinorum si incidatur aliquod gracilium,  
non conglutinatur.

Leoni. C Si quod intestinorum grācum dissindatur,  
non coalescit. 24

C Apho. XXV.

Ant. C Erysipelam extrinsecus factam, intus conuerti  
non bonum, intrinsecus uero extra, bonum.

Leoni. C Erysipelas ab exterioribus uerti ad interiora,  
nō est bonū, ab interioribus aut ad exteriora, bonū. 25

C Apho. XXVI.

Ant. C Quibuscunq; in causone tremores fiunt, alie  
natio soluit.

Leoni. C Quibus in febribus ardentibus tremores fi  
unt, delirio soluuntur. 26

C Apho. XXVII.

Ant. C Quicunq; empici, aut hydropeci uruntur, aut  
inciduntur, his effluente sanie, aut aqua multa,  
& repente omnino pereunt.

Leoni. C Quicunq; suppurati, aut aquam intercutem  
patientes uruntur, aut secantur, si pus, aut aqua  
uniuersim effluxerit, omnes moriuntur. 27

O iii

APHORIS. HIPPO.

¶ Apho. XXVIII.

¶ Eunuchi, non podagrifant, neq; calui fiunt. Ante

¶ Eunuchi, neq; podagra laborat, neq; calui fiunt. Ante Leoni.

¶ Apho. XXIX.

¶ Mulier non podagrifat, si menstrua non defecerunt in ea. Ante

¶ Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. Ante Leoni.

¶ Apho. XXX.

¶ Puer non podagrifat, ante aphrodisiam. Ante

¶ Puer podagra non laborat, ante usum uenoreog. Ante Leoni.

¶ Apho. XXXI.

¶ Dolores oculorū, meri potio, aut lauacrum, aut Ante Leoni. piria, aut phlebotomia, aut pharmacia soluit.

Doloris oculo  
rum medela.

¶ Dolores oculorū, meri potio, aut balneū, aut Ante Leoni. uenæ sectio, aut medicamentum epotum soluit. 31

¶ Apho. XXXII.

¶ Trauli, a diaria maxime capiuntur longa. Ante

## LIBER V.

F. 52

*Ante.* **C** Balbi, ab alui profluvio maxime capiuntur.  
*Leoni.*

32

**C** Apho. XXXIII.

*Ante.* **C** Acidum rustantes non ualde pleuretici sunt,

*Leoni.* **C** Qui acidum eructant, non ualde morbo laterali corripiuntur.  
33

**C** Apho. XXXIV.

*Ante.* **C** Quicunq; calui sunt, his uarices non nascuntur magnat. Quibuscunq; uero innascuntur, rursum capillati sunt.

34

*Leoni.* **C** Quicunq; calui sunt, his magnæ uarices non sunt. Quibus uero caluis uarices magnæ superueniunt, hi rursus capillati sunt.

**C** Apho. XXXV.

*Ante.* **C** Hydropicis tussis superueniens, malum. Praexistens uero, sine malo.

*Leoni.* **C** Aqua inter cutem laborantibus, tussis superueniens, malum.  
35

**C** Apho. XXXVI.

## APHORIS. HIPPO.

C Dyssuria phlebotomia soluit : incidere uero uenam, qua intus in talo est. Ant.

C Difficultatem urinæ, uena secta iuuat : secare uero interiores. 36 Leon.

## Apho. XXXVII.

C Asquinante habito, tumorem fieri in gutture, bonum. Extra enim conuertitur morbus. Ant.

C Ab angina habito, si tumor fiat in collo, bonum. 37 Leon.

## Apho. XXXVIII.

C Quibuscunq; absconditi cancri fiunt, non curari melius est : curati enim pereunt citius : non curati, multum tempus perficiunt. Ant.

C Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim cito pereunt : non curati uero longius tempus perdurant. 38 Leon.

## Apho. XXXIX.

C Spasmus fit, aut ex plenitudine, aut euacuatione : ita & singultus. Ant.

C Conuulsio fit, uel ex repletione, uel inanitione : ita uero & singultus. 39 Leon.

LIBER VI. Fol. 53

C Apho. XL.

Ant. ¶ Quibuscumq; dolor sit circa hypocundriū sine  
phlegmone, febris his superueniens, soluit dolorē.

Leoni. ¶ Quibus dolor circa ilium sit, absq; inflammā-  
tionne, his febris superueniens, morbum soluit.

C Apho. XLI.

Ant. ¶ Quibuscumq; sanies facta in corpore, non ma-  
nifestatur, his propter spissitudinem saniei, aut  
loci grossiciet non manifestatur.

Leoni. ¶ Quibuscumq; suppuratio in corpore existens  
non innoteat, his ob crassitudinem puris, aut  
loci, non innoteat.

C Apho. XLII.

Leoni. ¶ Ictericis, si epar durum fiat, malum.

Leoni. ¶ Morbo regio laboratibus, si fiat epar durū, malū.

C Apho. XLIII.

Ant. ¶ Quicunq; splenetici a dysenteria capiuntur,  
his superueniente longa dysenteria, hydrops na-  
scitur, aut lyenteria, & pereunt.

## APHORIS. HIPPO.

43

**C** Quicunq; lienos, a difficultate intestinorum <sup>Leoni.</sup> ca-  
piuntur, his superueniente longa difficultate in-  
testinorum, aqua inter cutem, aut leuitas intesti-  
norum aduenit, & moriuntur.

**Apho.** XLIII.

**C** Quibuscumq; ex stranguria ileos innascitur, hi <sup>Ant.</sup>  
in septem diebus pereunt, si non febre superue-  
niente multum urina fluxerit.

**C** Quibus ex stillicidio urinæ ileos superuenient, <sup>44 Leoni.</sup>  
in septem diebus pereunt, nisi febre superueni-  
ente, satis urina fluxerit.

**Apho.** XLV.

**C** Vulnera quæcumq; annua fuerint, uel longi-  
us tempus habeant, os necesse est emitti, & ci-<sup>45</sup>  
catrices fieri concavas.

**C** Ulcera quæcumq; annua sunt, aut etiam diu-  
turniora, os abscedere est necessarium, & cicatri-<sup>Leoni.</sup>  
ces cauas fieri.

**Apho.** XLVI.

**C** Quibuscumq; gibbi ex asthmate fiunt, aut tuf-<sup>Ant.</sup>  
i, ante iuuentam pereunt.

L I B E R VI. C H A P T O R. Fo. 54.

Leoni. ¶ Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante  
puberatatem moriuntur. 46

¶ Apho. XLVII.

Ant. ¶ Quibuscunq; phlebotomia aut pharmacia co/  
fert, hos Vere phlebotomare, aut pharmaciam  
dare conuenit. 47

Leoni. ¶ Quibuscunq; uenæ sectio, uel purgatio, cum  
medicamento conuenit, hos Vere purgare, uel  
uenain incidere oportet. 48

¶ Apho. XLVIII.

Ant. ¶ Spleneticis, superueniens dissenteria, bonum.

Leoni. ¶ Licenosis, difficultas intestinorū supuenies, bonū, bonum. 49 *Lienosis quid*

¶ Apho. XLIX.

Ant. ¶ Quibuscunq; tumores podagrī fiunt, in qua/  
draginta diebus deferentes resident. 50

Leoni. ¶ Quicunq; morbi podagrī fiunt, hi sedati in  
quadraginta diebus inflammatione, finiunt. 51

¶ Apho. L.

P 5

## APHORIS. HIPPO.

¶ Quibuscunq; cerebrum sursum concutitur, ne/ Anh.  
cessit est febrem, & sellis uomitum superuenire.

¶ Quibuscunq; præciditur cerebrum, his necesse/ Lcom.  
febrem, & bilis uomitum superuenire. Leoni.

¶ Apho. LII.

¶ Quibuscunq; sanis, dolores repente fiunt in/ Anh.  
capite, & continuo sine uoce fiunt, & stertunt, pe/ Leoni.  
reunt in septem diebus, si nō eos accipiat febris.

¶ Quicunq; sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit. Lcom.

¶ Apho. LII.

¶ Intendere oportet & indicium oculorum in/ Anh.  
I. propositio.  
rū, propositio. 14. somnis. Si enim quid albi appareat, cōmissis palpebris, nō ex diaria existente, aut pharmaciæ posse, malum signum, & mortale ualde.

¶ Oportet uero & considerare oculorum in dor/ Lcom.  
Dormientium  
obseruatio. mientibus suspiciones. Nam si quid album commissis palpebris subinspicitur, neq; ex alui profluvio, aut medicamenti potionē istud contingat, malum est signum, & letale ualde.

LIBER IV. TONICA Fo. 55

Apho. LIII.

**L** Ant. **C** Desipientiae, cum risu quidem factae securiores, molestae uero cum tristitia.

**L** Leon. **C** Desipientiae, quae cum risu sunt securiores, quae uero cum studio, periculosiores.

**C** Apho. LIII.

**L** Ant. **C** In acutis passionibus cum febre luctuosa spiria, malum.

**L** Leon. **C** In acutis passionibus quae cum febre sunt, luctuosa spiria, malum.

**C** Apho. LV.

**A** Ant. **C** Podagrīca, & maniaca, Vere, & autumno mouentur, ut in pluribus.

**L** Leon. **C** Dolores podagrīci, Vere, & autumno magna ex parte mouentur.

**C** Apho. LVI.

**A** Ant. **C** In melācholicis aggritudinibus periculose erupções, aut apoplexiā, aut epilepsiam, aut spasmus, aut cecitatem, aut maniam significant.

P iii

## APHORIS. HIPPO.

**C** In morbis melâcholicis, ad hæc periculosis de/<sup>Leoni</sup> cubitus, stuporem corporis, uel conuulsionem, uel furorem, uel cæcitatem significant.

**C** Apho. <sup>56</sup> LVII.

**C** Apopletici maxime sunt ætatibus, a quadra/<sup>Ant.</sup> ginta annis, usq; ad sexaginta.

**C** Apoplexiæ autem sunt, maxime a quadraga/<sup>Leoni</sup> simo anno usq; ad sexagesimum.

**C** Apho. <sup>57</sup> LVIII.

**C** Si omentum cruperit, necesse est putrefieri. <sup>Ant.</sup>

**C** Si omentum excidat, necessario putrescit. <sup>58</sup> <sup>Leoni</sup>

**C** Apho. <sup>59</sup> LIX

**C** Quibuscumq; a sciatica molestatis uertebrum resilit foras, & rursus incidat in locum suum, his mucilaginiæ factæ sunt.

**C** Quibuscumq; a coxendicū dolore molestatis ex/<sup>Leoni</sup> cedit coxa, & rursus incidit, his mucores supueniunt.

**C** Apho. <sup>60</sup> LX.

L I B E R . VI .

Fo. 56

Quibuscunq; a sciatica molestatis uertebrum  
resilit foras, his tabescit crus, & claudicant, si non  
urantur.

Quibuscunq; a coxendicum dolore molestatis  
diuturno excidit coxa, his crus tabescit, & clau-  
dicant, si non urantur.

• A P H O R I S M O R V M H I P P O -  
cratis liber septimus, antiquæ, & Nicolai  
Leoniceni Vicentini nouæ  
interpretationis.

Hippocrates hoc Aphorismorum libro ultimo, abunde præcedentum  
particulariæ aphorismos recapitulat, retratq; quo memorie tenacius ha-  
reant. Addit præterea hic & alia multa, quibus Medicus in morbis, coramq;  
accidentibus prædicere, ac renuntiare poterit, qualiaq; ergo  
b; bona uel mala, sicura sint, uel que iam præcesserint, aut  
quibus nunc malis, & in qua corporis partia, affligan-  
tur: ut recte ac in tempore, & ægrotantium nece-  
statis, ipsiusq; media honori, consulatur.

Apho. I.

N acutis morbis frigiditas extremita-  
tum, malum.

In morbis acutis, frigus partiū extremarū, malū. Postremorū  
frigus.

Apho. II.

In osse ægrotanti, caro liuida, malum.

## A P H O R I S . H I P P O .

C In osse ægrotante caro liuida, malum est. Leoni.

C Apho. III.

C In uomitu singultus, & oculi rubei, malum. Ant.

C A uomitu singultus, & oculorū rubor, malū. L. cont.

C Apho. III.

C In sudore rigor, malum. Ant.

C A sudore horror, non bonum. Leoni.

C Apho. V.

C In mania, dysenteria, aut hydrops, aut exstasis, bonum. Ant.

C A furore, difficultas intestinorum, uel aqua inter cutem, uel mentis alienatio, bonum. Leoni.

C Apho. VI.

C In ægritudine diuturna, abstinentia & ægestiones cholericæ, malum. Ant.

C In morbo diuturno, fastidium cibi, & deiectiones sinceræ, malum. Leoni.

LIBER VII. FO. 57

¶ Apho. VII.

Ant. ¶ Ex multa potatione, rigor & desipientia, malum.

Leoni. ¶ Ex multa potatione, rigor, & despiencia, malum.

¶ Apho. VIII.

Ant. ¶ Ex apostematis intus ruptura, dissolutio, uo/<sup>Tris signa ru</sup>  
mitus, & defectio animi fit. <sup>piti inuis ap</sup>  
<sup>stematis.</sup>

Leoni. ¶ A tuberculi intus ruptione, exolutio, uomitio,  
aut animi defectio fit.

¶ Apho. IX.

Ant. ¶ In sanguinis fluxu, despiectia, aut spasmus, malum.

Leoni. ¶ Apfluvio sanguinis, despiectia, ac conuulsio malum.

¶ Apho. X.

Ant. ¶ In ileon uomitus, singultus, spasmus, & des  
ipientia, malum.

Leoni. ¶ Ab ileo, uomitus, singultus, desipientia, uel  
conuulsio, malum.

¶ Apho. XI.

Q

## APHORIS. HIPPO.

C In pleuretide, peripneumonia, malum.

Ant.

C A morbo laterali, inflamatio pulmonis, malum.

Ant.

Leon.

C Apho. XII.

C In peripneumonia, phrenesia, malum.

Ant.

C A pulmonis inflammatione, phrenitis, malum.

12

Leon.

C Apho. XIII.

C In caumatibus fortibus, spasim, aut tetan, malum.

Ant.

C Ab astibus fortibus, convulsio, aut distetio, malum.

13

Leon.

C Apho. XIV.

C In percussione in capite, stupor, aut desipientia, malum.

Ant.

C In capitibus iectu, obstupecentia, & desipientia, malum.

14

Leon.

C Apho. XV.

C In sanguinis sputo, sanie sputum, malum.

Ant.

C A sanguinis sputo, puris sputum.

15

Leon.

C Apho. XVI.

L I B E R VII. Fo<sup>r</sup> 58

Anti. C In sanieī sputo, phthisis, & fluxus, malum: ubi  
vero saliuā tenetur, moriuntur.

Leoni. C A puris sputo, phthisis, & fluxus: cum vero  
sputum retinetur, moriuntur.

C Apho. XVII.

Anti. C In phlegmone hepatis singultus, malum.

Leoni. C In hepatis inflammatione singultus, malum.

C Apho. XVIII.

Anti. C In uigilia, spasmus, aut desipientia, malum.

Leoni. C in uigilia, conuulsio, uel desipientia.

C Apho. XIX.

Anti. C In ossibus denudatione, erysipela, malum.

Leoni. C In ossis exutione erysipelas.

C Apho. XX.

Anti. C In crysipela, putredo, aut sanies, malum.

Leoni. C Ab crysipele, putredo, aut suppuratio.

C Apho. XXI.

Q ii

## APHORIS. HIPPO.

C In lithargico, tremor, malum.

Iste Aphoris nus deficit a Thiodoro & Leoniano.

C Apho. XXII.

C In fortí pulsu in uulncribus hemorofagia, malū

Ant.

C A fortí in ulceribus pulsu, profluuiū sanguinis.

Leon.

C Apho. XXIII.

C In dolore diuturno circa uentrē sanies, malū.

Ant.

C A uentris dolore diuturno, suppuratio.

Leon.

C Apho. XXIII.

C In cholericō secessu dissenteria, malum.

Ant.

C A deiectione syncera, difficultas intestinorum.

Leon.

C Apho. XXV.

C In ossis fractura desipientia, si in vacuum accepérít, malum.

Ant.

C In ossis præcisione desipientia, si in vacuum appræhenderit.

Leon.

C Apho. XXVI.

C In pharmatiæ potionē spasmus, mortalis.

Ant.

LIBER VII. Fo. 59

Leoni. **C** Ex medicamenti potionē conuulsio, jactalis est.<sup>25</sup>

**C** Apho. XXVII.

Leoni. **C** In dolore fortī circa uentrem, frigiditas ex-  
tremitatum, malum.

Leoni. **C** In fortī dolore uentris, partium extremarū  
frigiditas, malum.

**C** Apho. XXVIII.

Leoni. **C** In utero habenti tenacissimū supueniēs, abortit.

Leoni. **C** Mulieri utero gerenti, si tensio superuerenterit,  
facit aborsum.

**C** Apho. XXIX.

Leoni. **C** Quibuscunq; os aut cartilago incisum fuerit in  
corpo, non augetur.

Leoni. **C** Quando os, aut cartilago, aut neruus absin-  
ditur in corpore, non augetur.

**C** Apho. XXX.

Leoni. **C** Si ab albo phlegmate habito, diaria superue-  
nerit fortis, soluit ægritudinem.

Per album phlegma intelligi genus hydropsis Leumphlegma-  
tum seu hypoarcum hydropon.

Q in

## A P H O R I S. H I P P O.

¶ Qui alba pituita detinetur, si fortis uenitris flu/<sup>Leoni</sup>xus superuenerit, a morbo liberatur. <sup>29</sup>

¶ Aphr. XXXI.

¶ Quibuscumq; spumosæ ægestiones in diaria,<sup>Ant.</sup> his a capite phlegma defluit. <sup>30</sup>

¶ Quibus in aliis profluijs excrementa spuma/<sup>Leoni</sup>sa sunt, his ex capite pituita defluit. <sup>30</sup>

¶ Apho. XXXII.

¶ Quibuscumq; in febribus in urinis ctynoides <sup>Ant.</sup> hypostases sunt, longam ægritudinē significant. <sup>31</sup>

¶ Quibuscumq; febricitantibus, in urinis sunt se/<sup>Leoni</sup>dimina, ueluti farina crassior, longam ægritudi/<sup>nem</sup> fore significant. <sup>31</sup>

¶ Apho. XXXIII.

¶ Quibuscumq; cholericæ hypostases sunt, supe/<sup>Ant.</sup>rius uero tenues, acutam ægritudinē significant. <sup>32</sup>

¶ Quibus autem biliosa sedimina supra tenuia,<sup>Leoni</sup> acutum morbum significant. <sup>32</sup>

¶ Apho. XXXIII.

LIBER VII. Fo. 60

Ant. C Quibuscunq; urinæ distantes fiunt, his in cor/ Diversæ subo  
pore turbatio fit fortis. stantia.

Leoni. C Quibuscunq; urinæ distantes sunt, his turbatio fortis in corpore fit. 33

C Apho. XXXV.

Ant. C Quibuscunq; in urinis ampullæ supernant, nephreticā significant, & longā ægritudinē fore.

Leoni. C Quibus in urinis bullæ subsistunt, morbum renalem, & longum significant. 34

C Apho. XXXVI.

Ant. C Quibuscunq; pinguis hypostasis & cōglobata, his nephreticā significant, & acutā ægritudinē fore.

Leoni. C Quibus insidens pingue, ac simul totum, his renūm uitium acutum significatur. 35

C Apho. XXXVII.

Ant. C Quibuscunq; nephreticis existentibus prædicta signa accidunt, & dolores acuti circa musculos spinales fiunt, siquidē circa extrinsecos locos fuerint, apostema futurum expecta extrinsecus. Si uero dolores magis circa interiores locos, apostema futurum expecta magis intus.

## APHORIS. HIPPO.

35

¶ Quibus autē morbo renali laborantibus, prædicta accidentia signa, doloresq; circa spinæ musculos fiant, siquidem circa loca exteriora fiant, abscessus quoq; exterius futuros expecta: si uero dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.

## ¶ Apho. XXXVIII

¶ Quicunq; sanguinem uomunt, siquidem sine febribus salutare. Curatur uero stipticis, & infrigidantibus. Si uero ex febre, perniciosum.

37  
¶ Quicunq; euomunt sanguinem, si sine febre siquidem, salutare: si uero cum febre, malum. Curare uero acerbis, & refrigerantibus.

## Apho. XXXIX.

¶ Catarrhi in superiori uentre, in sanie conuertuntur in uiginti diebus.

38  
¶ Distillationes in uentrem superiorem supponantur intra uiginti dies.

## ¶ Apho. XL.

¶ Si sanguinē, & trumbos mingit, & stranguriā

LIBER VII. FO. 61

habet, et dolor incidit in peritoneon, et sub uentre, et  
pectinē, ea quæ circa uescicā sunt ægrotare significat.

Leoni. **C** Si quis sanguinem minxerit, & grummos, &  
stillicidio urinæ labore, & dolor incidet in fœ/  
mur, & imum uentrem pectinemq; qui circa ue/  
sicam, male se habere significatur. <sup>39</sup>

**C** Apho. XLI.

ANN. **C** Si lingua intēperata repēte fiat, aut apopleticū  
aliqd corporis, uel melancholicū huiusmodi efficit.

Leoni. **C** Si lingua repēte incotinēs fiat, aut aliqua pars  
cotoris stupore elanguit, tale est melancholicum. <sup>40</sup>

**C** Apho. XLII.

ANN. **C** Si super purgato seniori, singultus superue/  
niat, non bonum.

Leoni. **C** Si senioribus supra modum purgatis, singul/  
tus superuenerit, non bonum. <sup>41</sup>

Leoni. **C** Si timor, atq; mœstitia, longo épore hominē  
habentes perseverauerint, tale est melacholicum.  
Hic apho. non inuenitur in antiqua Constantini traductione.

**C** Apho. XLIII.

R.

## A P H O R I S . H I P P O .

¶ Si febris non a cholera habeatur, aqua multa calida infusa in capite, solutio fit febris.

¶ Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti superinfusa, solutio fit febris.

¶ Apho. XLIII.

¶ Mulier utrasq; dextras habens non fit.

¶ Mulier ambidextra non fit.

¶ Apho. XLV.

¶ Quicunq; empici uruntur, aut inciduntur, si quidem sanies pura fluxerit & alba, euadunt. Si uero cenulenta, & male olens, ac fœtidū, pereunt.

¶ Quicunq; suppurati uruntur, uel secantur, si pus purum fluxerit & album, euadunt: si uero subcruentum, & feculentum, pereunt.

¶ Apho. XLVI.

¶ Quicunq; in epate propter saniem uruntur, si quidem sanies pura fluxerit & alba, euadunt. In tunica enim illius sanies est. Si uero uelut amurca fluxerit, pereunt.

¶ Quorū hepar supuratū aduritur, si pus purum

## LIBER VII. O HIA Fo. 62

fluxerit & album, evadūt, in tunica enim his pus  
continetur: si uero qualis amurca fluat, pereunt.

## C Apho. XLVII.

Ant. C Oculorum dolores, meri potio, & lauacrum,  
& phlebotomia soluit.

Leoni. C Dolores oculorū post meri potionem, & aqua  
calida balneum, uenæ sectione curato.

## C Apho. XLVIII.

C Hydropicus si tussim habeat, desperatus fit.

Leoni. C Aqua inter cutem laborans, si a tussi habeatur,  
desperatus est.

## C Apho. XLIX.

Ant. C Stranguriam, & dissuriam, uini potio, & phle-  
botomia soluit. Incidere uero uenam quæ intus  
in talo est, bonum.

Leoni. C Vrinæ stolidicum, & mingendi difficultatem, Mingendi fa-  
uini potio, & uenæ sectio soluit, incidere autem  
interiores. ficitas quo-  
do soluenda.

## C Apho. L.

R. ij

## APHORIS. HIPPO.

**C** Squinante habito, tumor & rubor in pectore ANN.  
superueniens, bonum. Foras enim conuertitur  
segritudo.

**C** Ab angina habito, tumor, & rubor in pecto/ Lcom.  
re supueniens, bonū : extra enim uertitur morbus.

**C** Apho. LI.

**C** Quicunq; spachilon in cerebro patiuntur, in ANN.  
tribus diebus pereunt. Si uero hos effugerint,  
sani fiunt.

**C** Quibus cerebrum sphacelatum. i. corruptum Lcom.  
est, in tribus diebus pereunt: si uero hos euase/  
rint, sani fiunt.

**C** Apho. LII.

**C** Sternutatio fit a capite ex cerebro calefacto ANN.  
& humectato, quod est in capite uacuo, aere de/  
scendente in illud uacuum, & faciente sonitum,  
quoniam exitus est ei per angustus.

**C** Sternutamentum fit ex capite, calefacto cere/  
bro, aut humectato eo quod in capite inani. Aer  
enim intus contentus extra erumpit. Sonat aus/  
tem quoniam per angustum ipsi est exitus.

LIBER VII. Fo. 63

¶ Apho. LIII.

Ann. ¶ Quicunq; circa hepar dolent, his febris superueniens soluit aegritudinem.

Leoni. ¶ Quicunq; hepar circundolent, his febris superueniens soluit dolorem. 53

¶ Apho. LIV.

Ann. ¶ Quibuscunq; conuenit sanguinem auferre ex uenis, hos oportet phlebotomare in Vere. Tēpus phlebotomie con-

Leoni. ¶ Quibus a uenis sanguinem mittere conserit, 54 his Vere uenam oportet secare. uenient.

¶ Apho. LV.

Ann. ¶ Quibuscunq; inter renes & uentrem phlegma concluditur, & dolorē præstat, non habens exitum in neutrum uentriū, his secundum uenas in uescicam conuerso phlegmate solutio fit morbi.

Leoni. ¶ Quibus inter ventriculum, & septum, pituita reposita est, & dolorem affert, non habens exitum, neq; ad alterum uentrem, his per uenas ad uescicam pituita uersa soluitur morbus. 55

¶ Apho. LVI.

R. iii

## APHORIS. HIPPO.

¶ Quibuscunq; hepar aqua impletum in omentū <sup>Ant.</sup> eruperit, his uenter aqua impletur, & moriuntur. <sup>Leoni.</sup>

¶ Quibus hepar aqua plenum in omentū eru<sup>Ant.</sup> perit, his uenter aqua impletur, & moriuntur. <sup>Leoni.</sup> <sup>56</sup>

## ¶ Apho. LVII.

¶ Alices, oscitationes, rigores, uinum mensura/ <sup>Ant.</sup> te bibitum, soluit ægritudinem. <sup>Leoni.</sup>

¶ Halyçæ, anxitudo, oscitatio, horror, uinū æqua/ <sup>Leoni.</sup> le æquali potum, soluit ægritudinem. <sup>57</sup>

¶ Quibus in urinatio meatu tubercula sunt, his <sup>Ant.</sup> suppuratione facta, & eruptione, soluitur dolor. <sup>Leoni.</sup> <sup>58</sup>

## ¶ Apho. LVIII.

¶ Quibuscunq; cerebrum motum fuerit ab aliqua <sup>Ant.</sup> actione, necesse fieri sine uoce statim.

¶ Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum <sup>Leoni.</sup> fuerit, necesse est statim mutos fieri. <sup>59</sup>

## ¶ Apho. LIX.

¶ Corporibus humidas carnes habētibus, famē <sup>Ant.</sup> adhibere conuenit. Fames enim desiccat corpora. <sup>Leoni.</sup> <sup>60</sup>

LIBER VII.

Fo. 64

Leoni. **C** Corporibus carnes habentibus humidas, famé  
adhibere conuenit. Fames enim corpora siccat.  
60

**C** Apho LX.

Ant. **C** Si a febre habitu tumore non existente in col-  
lo suffocatio repente innascitur, ut deglutire non  
possit, mortale.

Apho. iste deficit à Theo. & Leoniano.

**C** Apho. LXI.

Ant. **C** Si a fabre habitu torqueatur collum, ut de-  
glutire non possit, & transglutiendo angustietur,  
sine tumore manifesto, mortale.

Deficit à Theo. & Leoniano.

**C** Apho. LXII.

Ant. **C** Si a febre habitu, tumore non existente in  
faucibus, suffocatio repente uenerit, mortale. Si a  
febre habitu collum conuertatur, ita ut uix deglu-  
tire possit, tumore nō existente in collo, mortale.

Et h[ic] deficit à Theo. & Leon.

**C** Apho. LXIII.

Ant. **C** Sudore multo frigido, calido supfluente opor-  
tet mitti humiditatem a corporibus fortibus su-  
perius, debilibus uero inferius.

Leoni. **C** Sudor multus, calidus uel frigidus, semper

## A P H O R I S. H I P P O.

Fluens, humorem abduci, robusto quidem supra,  
debili uero infra significat

### ¶ Apho. LXIII.

¶ Febres quæcunq; non deficientes tertia die, Ant.  
sunt fortiores, & periculoſe. Quæcunq; uero sic  
defecerint, significat quoniam non periculoſe.

¶ Febres quæcunq; non intermitteſtes, tertia die Leoni.  
fortiores fiunt, periculoſe. Quocunq; autē modo  
intermiserint, significant q; non sunt periculoſe.

### ¶ Apho. LXV.

¶ Quibus febres longæ, his pustulæ diuturnæ, Ant.  
aut in articulis dolores fiunt.

¶ Quibuscunq; febres longæ, his uel tubercula, Leoni.  
uel ad articulos dolores decumbunt.

### ¶ Apho. LXVI.

¶ Quibuscunq; ex febribus, aut pustulæ diutur/  
næ, aut in articulis dolores fuerint, hi ampliori/  
bus cibis utuntur.

¶ Quibuscunq; tubercula diutina, aut in articu/  
los dolores ex febre decumbunt, hi cibo pleniore  
utuntur.

## C Apho. LXVII.

**Aph.** C Cibus quem accipiunt febricitantes, sanis est  
virtus; infirmis uero morbus.

**Leoni.** C Si quis cibum febricitanti dederit, ut sano ro-  
bur, sic laboranti morbus.

## C Apho. LXVIII.

**Aph.** C Præmissis aliquibus exeuntibus non motis,  
sed quasi rasura intestini supnatauerit parua, par-  
uus est morbus, si multa, multus. Horum uero  
multa necessaria est uentris solutio. Si uero uen-  
ter non mundificabitur, sed potius iufcula dabun-  
tur, quâto magis dabit, tâto magis plus peiorabit.

**Leoni.** C Et quibus deiectiones, si stare permiseris, &  
non moueris, ueluti strigmenta subsistunt, & si  
pauca, paucus est morbus: & si multa, multus.  
His confert alui purgatio: quod si aluo non pur-  
gata, dederis sorbitiones, quanto plures dederis,  
tanto magis nocebis.

¶ phorismi sequentes solummodo apud Theodorum &  
Leonianum reperiuntur.

## APHORIS. HIPPO.

**V**bi in toto corpore mutationes, & cor-  
pus refrigeratur, & rursus calefit, aut  
colorē alium ex alio commutat, lon-  
gitudo morbi significatur.

**C**Quæ per uescicam excernuntur, inspicere oportet, si talia qualia sanis excernuntur. Quæ igitur  
minime similia sunt his, hæc morbosiora. Quæ  
uero sunt sanis similia, hæc minime morbosa.

**C**Excreations in febribus non intermittentibus,  
liuidæ, sanguineæ, biliolæ, & fetidæ, omnes male.  
Cum uero bene excernuntur, bonum est, & per  
uentrem: & per uescicam, & ubi aliquid secedens  
steterit non purgatum, malum.

**C**Corpora oportet ubi quis purgare uoluerit,  
fluida facere. Et si supra sistere aluum: si uero  
infra, humectare.

**Q**ue modum  
exaudunt ma-  
les sunt.

**C**Somnus, uigilæ, utraq; modum excedentia,  
morbis.

**C**In febribus non intermittentib;ns, si exteriora  
frigent, interiora uruntur, & febris habeat, latale.

**C**In febre non intermitte, si labrum, aut na-  
sus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si no-  
uideat, si non audiat, & iam debilis sit, quiequid  
horum fuerit, mors prope est.

L I B E R . VII. Fo. 66

C A pituita alba, aqua inter cutem superuenit.

C Ab alui profluvio, difficultas intestinorum.

C A difficultate intestinorum, leuitas intestino/  
rum superuenit.

C A corruptione, abscessus ossis.

C A sanguinis uomitu, tabes, & puris purgatio  
supra. In tabe, fluctio ex capite. In fluctione, alui  
profluuium. In alui profluvio, adstrictio purgati/  
onis superioris. In adstrictione, mors.

C Qualia fuerint uesicæ, aut alui excrementa, &  
ex carnibus, & sicuti alibi a natura corpus exie/  
rit, si parum, paucus est morbus : si multum, mul/  
tus : si ualde inulum, lethale est.

Qui sequuntur aphorismi, spuri notiae diantur, non à Nicolao  
Leoniano, sed à M. Fabio Calvo uerfi.

**Q** Vi supra quadraginta annos insanii,  
phreneticue fiunt, tabifici; non fere  
sanescunt seruanturue : minus enim  
periclitantur, quibus morbus & naturæ, & ætati,  
conueniens accedit.

Phrenetia.

C Tabifici morbi, phthisiesue, de octauo & deci/  
, anno quadragesimū quintū usq; potissimū gi/  
tur. Phthisies quā  
do fiunt. S ij

## A PHOR I S. HIPPO.

**Q**uae <sup>q uæ</sup> <sub>naturæ</sub> naturaliter fiunt, partim mitia, partim uehementia, partim mortifera sunt. Secundū autē naturam est, si quis eo anni tempore morbo corripiat, quod infensum, & inimicum, uel amicum illi morbo sit. Tempus enim illud illi morbo contrarium est, uel contra, languentiq; auxilio, uel contra: sicuti febri ardenti, causoue astas fauet.

**Q**ue <sup>tempora</sup> <sub>morbis suis</sub> <sub>ant. uel aduers.</sub> <sub>sentur.</sub> **H**yems subter cutem aqua laboranti, hydropicoue, contraria est, quæ lienoſo magis timenda est, naturale nauq; semper uincit.

**Q**uibus in morbis oculi sponte lachrymant, malum non est, quibus contra, malum.

**Q**uibus in quartanis febribus sanguis naribus defluit, malum est.

**S**udoris <sup>qua-</sup> <sub>lius.</sub> **S**udores decretorijs diebus magni, celeres, & uehementes si fiant, periculosi sunt, præsertim qui fronte tanq; stillicidia, fistulae, tubuli, canaliculue pelluntur, frigidiq; & ualde multi. Sudore enim hunc multa ui, labore, longaq; expressione nescie est exire.

**P**ost longū morbū uentris fluctio, malum est.

**L**ingue signa. **L**ingua nigra, cruentaue, cum quid horum signorum abest, malum ualidum non est.

L I B E R . V I I . F o . 67

¶ Hæc quidē in grauibus acutisue febribus ob/  
seruentur, uti si quis moriturus uel euasurus sit,<sup>Morborū grā  
uium note</sup> di/ gnoscamus.

¶ Testis dexter frigidus cōtractusq; mortiferū est.

¶ Vngues nigri, digiti pedū frigidī, nigri contra/  
Etq; mortem proximam esse portendunt. Quod  
etiam digitorum postrema frigida præ se ferunt.

¶ Labia liuida, resoluta, contorta, frigida si sint,  
mortiferum est.

¶ Si oculi caligant, lucemue auersantur, solitu/<sup>Mori que</sup>  
dine si quis gaudeat, qui somno multo & æstu de/  
tinetur, extra spem est.

¶ Si quis paulatim rabie quadam efferatur. Si  
quis non cognoscit, non audit, nō intelligit, mor/  
tiferum est.

¶ Paulo post morituris, signa hæc sunt clara ma/  
gis, uentriculi si tollūtur, tumescunt, & inflantur.

¶ Terminus uero mortis hic est: cū animæ calor  
supra umbilicum p̄cordiaq; recurrit & ascendit,  
ac omnem liquidum humorē exurit & siccāt.

¶ Cum autem cor pulmoq; humiditatē caloris  
S iii

## APHORISMORVM.


collecti mortiferis in locis sentiunt, totum caloris spiritum efflant, unde totum in toto consistit.  
spiracula uite. Præterea quidem partim per carnem, partim per spiracula capitis spirant, quod uiuere dicimus, corporisq; capsulum & alueum anima frigidum mortuumq; una simulacrum relinquit, sanguiniq; bili, pituitaeq; & carni concedit.

Triplex auratio **C** Quæ mala non sanant medicamenta, ferrum sanat.

**C** Quæ ferrum non sanat, ignis sanat.

**C** Quæ non sanat ignis, non posse sanari putato.

Uerbi gratia Aphorismorum Hippocratis finis.



# HIPPOCRATIS

TIS PRÆSAGIORVM SIVE

pronosticorum antiquæ, & Gulielmi

Copi recentioris interpretationis

Liber primus.

*Quam sint necessarie Medicorum predictiones, sive prænóstia.*

*Antiqua*

## PRÆFATIO.

### I

**O**MNIS qui medicinæ artis studio, seu gloriā, seu delectabilem amicorū copiam consequi desiderat, adeo prudentum regulis rationem suam muniat.

### II.

**C**VT in singulis ualitudinibus præterita, præsens, & futura cognoscat. Et ægro reuelet quæ de Cōfidētū egrī  
de medico, ipsi  
sum ad recipi  
endam sanitas  
tem disponit, ipso æger minime præsenserat. Si enim se per eum cognoscat, totum se illi certius committet.

### III.

**C**Finisq; medicinæ laudabilis existit, cum actor futura in singulis perpendit, quamuis omnes minime curare possit.

### III.

**C**Quod si posset, iam non futuri prouisor, sed diuinis prophetis diceretur nobilior.

### V.

**C**Verum quia ui & acumine ægitudinis, hunc repente mori subito contingit, alium uero medicinæ apparatus præuenit, & uix dieculā uitæ adiicit.

## PRONOSTICORVM.

VI.

**C** Interest artificis, ut vires ægri, atq; ægritudinis  
bene perpendat.

VII.

**C** Est etiam quoddam coeleste, in quo oportet  
Res coelestis te-  
ste Gale. est dis-  
positio aëris  
cōnvenit nos. ipsum medicum præuidere: cuius si tanta sit pru-  
dentia, mirabilis est, nimiumq; stupenda. Nonne  
illius est, ut futurum periculum, uel omnino pro-  
hibeat, uel competenti adminiculo tolerabilius fiat.  
Et si morituro finem, aliq; uero salutem pronun-  
ciet, nunquid acusationem in altero meretur?

## P R A E F A T I O.

Admodum ne-  
cessarias esse  
medicis pre-  
dictiones.



Nihil perinde medico conducibile cen-  
tū, quam ut prudentem se prestare  
laboret.

Julio  
clmio,

2 3

**C** Si enim apud ægros, præterita, præsentia, &  
futura, atq; ea quæ ipsi inter narrandum omis-  
erunt, nouerit, prædicteritq; nihil quod ægris usui  
fuerit, ignorare putabitur, quod sit ut audentius  
homines medico sese committant.

4

**C**Erenim perq; salutarem adhibebit curationem,  
si futuras affectiones præuiderit. Nam fieri non  
potest, ut omnes ægros sanitati restituat, quanq;  
hoc multo præstantius erat, q; futura prænoscere.

c. 6.

**C**igitur quum homines intereant, alii quidē ob morbi uehementiā, anteaq; uocetur medicus: nō nulli uero, uocato licet medico, repente moriuntur, ac alii unico duntaxat die, alii paulo longiori spatio uitam extendunt, priusq; medicus arte sua singulis morbis occurrendo resistat. Proinde hanc affectionum naturas noscere oportet, quantum uidelicet corporis uiribus sint superiores.

7.

**C**Quinetiam si diuinū quippiam morbis inest, huius quoq; prouidentiam perdiscere: sic enim optimo iure, & admirabilem, & bonum se praestabit medicum: quos enim superstites fore cognoverit, eos rectius quoq; seruabit, utpote ex multo tēpore singula consulte perpendens. Itaq; morituros, uicturosq; præsentiens, atq; denuntias, omnem prorsus calumniam uitabit.

**C**De signis sive indicijs que in uultu existunt.

## VIII.

**A**nn. **O**portet ergo te circa acutas ægritudines sollicitum fieri. Primo etenim faciem ærgi pernotabis. Vtrum sit similis sano. Et etiam si sibi sano similis sit, quod optimum est. Si uero contrarium, pessimum est.

## IX.

**C**Et si nares acutæ.

T

Nasus como  
presus.

## P.R.O.N.O.S.T.I. HIPP.O.

X.

**C**oculi concaui, tempora plana, aures frigidæ & contractæ, & pulpx carum inuersæ, frons arida & tensa, & totus faciei color viridis, seu niger, aut pallidus, aut plumbeus.

XI.

**C**Quæ si sic fuerint in principio ægritudinis, oportet inquire, an vigiliae præcesserint, aut uen-  
tris solutiones, aut ieunij labores prius affuerint.  
Et si aliquid horum cognoueris præcessisse, mi-  
nus periculum uereberis. Quod si die ac nocte  
præcedentibus quicq; horū substinuerint, nō mul-  
tum periculum sperabis. Si uero nihil horū co-  
gnoueris, mortis signum sperabis.

XII.

**C**Et si huiusmodi ægritudo triduana fuerit, qui  
præcesserunt labores non minus perscrutaueris,  
& omnia quæ sunt inquirenda circa corpus, per-  
quirere debes etiam circa oculos.

## C SIGNA ET NOTÆ EX FACIE.

*Quæ melior  
cognoscenda.*

**I**N acutis morbis sic cōsiderare oportet, in pri-  
mis quidem ægri faciem, an sanorum faciebus,  
maxime uero sive ipsius, similis sit: ea enim opti-  
ma censenda est. Quæ uero maximo discriminē  
ab hac similitudine recedit, grauissimum periculū

8.

9. 10.

## LIBER I. Fo. 70

**C** portendit, cuius haec sunt nota. Nares acutæ, oculi  
concaui, collapsa tempora, frigidæ contractæq; au-  
res, & imis partibus leniter uerse, cutis circa frons  
tem dura, intenta & arida, totius faciei color, aut  
niger, aut pallidus, aut liuens, aut plumbeus.

*Fides morbu-  
ri horribilis.*

**C** Quod si inter morbi initia huiusmodi facies  
apparet, neq; ex alij indicij conjectura sumi  
possit, inquirendum est, an uigilia, aut uentris ue-  
hemens resolutio, aut inedia præcesserit: quorum  
si quipiam deprehenderis, nihil periculi timen-  
dum est. atqui si ob huiusmodi causas, haec faciei  
species orta est, una die nocteque finitur. Si uero  
eas præcessisse æger negauerit, diutiusq; iam dicto  
tempore haec forma durauerit, scire licet eum morti  
proximum esse.

**C** Quod si in ueteri morbo iam triduo, quadri-  
duoue talis est, inquirenda sunt ea signa, quæ su-  
pra proposui: ad hæc, reliqua quoq; indicia, non  
solum ex facie, uerum etiam ex reliquis corporis  
partibus perpendenda sunt, præcipue ex oculis.

**CDE SIGNIS QVAE IN**  
oculis existunt.

## XIII.

**E**T si lumen effugerint, nolentesq; lachrymas  
effuderint, atq; foras tanq; in suffocato prominu-

T ij

## PRONOSTI. HIPPO.

erint, aut alter altero minor apparuerit, & alba eorum in sanguinea commutata fuerint, & tanquam uene nigrioris uel palloris, intus in se fuerint, & lippitudinē habeant, & instabiles aut tremuli fuerint, aut extra nimis extiterint, aut intus multum delituerint, & tota facies horribilis apparuerit, omnia periculosa & mortalia indicabis.

## XIII.

**C** Oportet etiā te uidere, quid de oculis in somno videatur: si enim sola alba videantur subclusis palpebris, nec solutio, aut per se, aut per catarticum præcesserit, neq; ex consuetudine hoc euenerit, mortis signa timebis.

## XV.

**C** Et si palpebrae inuerse fuerint, aut liuidæ, siue labia similiter fuerint, liuida, aut nares distortæ, his signis siue solis, siue cum prædictis, mortem proximam indicabis.

## ENOTAE AB OCVLIS.

**O**culorū signa. **N** Am si lumen refugiunt, & illachrymāt, idq; <sup>13</sup> Gallicū  
præter uoluntatē, aut perueruntur, alterq; ex his minor est, & quæ in ipsis alba esse debent, rubeescunt, aut genæ pallent, atq; in h̄sdem uenulae nigrificant, aut lippitudo innatans tandem angulis inhæret, aut frequens est oculorū motus, h̄q; aut

## LIBER I. Fo. 71

achementer subsederunt, aut facti timidiiores sunt,  
fueritq; aspectus horridus, obscurusq;, atq; uni/  
uersa faciei color mutatus: hæc omnia signa, ma/  
la, pernicioſaq; putanda sunt.

14.

**C**Quinetiam oculorum per somnum suspectio/  
nes obſeruandæ sunt. Vbi enim palpebrae non Dormientium  
conieſtatio  
comittuntur, sed inter has ex albo oculorum ali/  
quid apparet, neq; id fluens alius, aut medica/  
menti potio præcessit, præsertim si quis non sic  
dormire consueverit: prauum hoc signum, lethas/  
leq; admodum est.

15.

**C**Si palpebra, aut labrum, aut nasus retorque/  
tur, aut paller, aut luore inficitur, accidente quo/  
piam reliquorum signorum, ægrum morti proxim/  
um esse haud dubitandum est. Morté etiam por/  
tadunt, labra resoluta, suspensa, frigida, candicatia.

**QVOMODO OPORTEAT**

cubare ægrum.

## XVI.

**B**Onum est ægrum inuenire iacentē in latere  
dextro aut sinistro, & manus, & pedes, & ceruicē,  
non ut in spasmō distensa, & totum corpus in  
sua positione flexibile, & minime rigidum, qua<sup>t</sup> ha/  
bitudo sanis est familiaris & amica, & iacere in  
modum sani est melius.

T in

## PRONOSTI. HIPPO.

XVII.

**T**alis iacentis **C** Quia non est signum laudabile, ægrum superno corpore iacere, brachijs rigidis, & pedibus. non bonus.

XVIII.

**C** Et si repente se a capite lecti ad pedes iactas uerit, malum esse non dubitabis.

XIX.

**C** Et si pedes nudos & tepidos inuenieris, & inordinate cum labore ceruicem atq; pedes iactauerit, est pessimum & angustissimum signum.

XX.

**C** Et si æger iacuerit deiecta ceruice & aperto ore.

XXI.

**C** Et reiecta ceruice, pedibusq; tortis.

XXII.

**C** Et si super uentre præter solitum iacuerit, malum est, & alienatione significat, siue dolorē uentris.

XXIII.

**C** Et si in augmento ægritudinis, repente surgens steterit, malum in omni acuta ægritudine, & pessimum est in peripneumonia.

XXIV.

**Quomodo ma** **C** Frendere dentibus in febribus præter solitum, lumen sit stridens neq; a pueritia, morte uel maniam significat. **Quod** dentibus ægris si frendat, cum insania mors sequitur uicina.

XXV.

**De ulceribus.** **C** Si in ægro corpore fuerit antrax, aut carbunculus,

## LIBER I.

Fo. 72

culus, siue præcesserit, siue ægritudini superiuerit, opus est attendere. Quod si exiccatus fuerit, & colorem uiridem, uel citrinum, uel liuidum pertulerit, mortem dicit proximam.

## XXVI.

**C** Manuum mobilitatis signa sic pernotabis, in febre acuta, in peripneumonia, & in phrenesi non uera, & in capitis dolore, si manus ad faciem tuliterit, eanq; quidlibet positurus, uel quasi collecturus aliquid hac illac quesierit, uel de uestibus quasi pilos euulserit, uel quasi festucas de pariete decerpserit, pessimum est & mortale.

## XXVII.

**C** Spiritus si frequens sit, significat dolorem & successionē in his quæ sunt super dyaphragma. Quod si magnus, & cum intermissione, significat alleuiationem.

## XXVIII.

**C** Spiritus uero bonus cognoscitur ordine suo proprio, & habet evidentē salutis ostensionem in acutā ægritudine, quæ cum febre est, cuius terminus est in quadraginta diebus.

## CA DECVBITV NOTAE.

**D**eprehendendus est æger in dextrū sinistrā cubito qualis ue latus cubans, brachijs, cenuice, & cruribus pau-

## PROGNOSTI. HIPPO.

Ium reductis, ac uniuerso corpore molliter affecto,  
qui fere sani quoq; iacentis habitus est : quippe  
quum optimus sit ille decubitus, qui a sanorum  
consuetudine non uariat.

**C** 17. Sed non laudatur decubitus, quo brachia, cer-  
uix, & crura extenduntur.

**C** 18. Id uero grauius est, si seipsum æger continere  
non ualens, ad pedes subinde delabitur.

**C** 19. Vbi pedes nudat, neq; ñs calor subest, ubi  
brachia, ceruicem, & crura, inæqualiter dispergit  
ac nudat, malū morbi, angorisq; signum est.

**C** 20. 21. Perniciosum est, ubi hiens quis assidue dormit,  
aut ubi supinus iacet, erubibus uehementer con-  
tortis, complicatisq;.

**C** 22. *Quomodo autem bare in uentre malum sit.* Si pronus iaceat is, qui per bonam ualeitudinem sic dormire non consueuerit, aut delirium,  
aut uentris dolorem portendit.

**C** 23. Vbi residere uult æger in ipso morbi uigore,  
malū quidem indicium est in omnibus acutis affe-  
ctibus, sed lōge pessimū pulmonibus laboratibus.

**C** 24. *Strido dentium qd portendat.* Stridor dentiū per febres, præter consuetudinē  
a teneris contractam, insaniā significat & mortē.

atqui ab utrisq; futurum periculum denunciandū est. Si uero iam deliranti stridor quoq; accedit, uix aliam æque perniciuosam inuenies notam.

25.

**C** Vicus, siue ante, siue in ipso morbo natum est, obseruari debet: nam si moriturus est homo, aridum, aut liuens, aut pallidū, ante mortē apparet.

26.

**C** Ex manuum latiōne huiuscemodi notas per De gestuлатio  
pende, in acutis febribus, in peripneumonia, phre/ one manuum.  
nitide, capitis dolore, si quis eas faciei admouerit,  
ut inde quidpiam superuacue uenetur, aut festu/  
cas carpat, aut a ueste flocos, aut a pariete paleas  
auellat: omnes haec malæ lethalesq; sunt.

27.

**C** Spiritus frequens, aut doloris, aut inflamma/ Despiratio.  
tionis in partibus septo transuerso superioribus,  
indictum est. Magnus, & ex longis interuallis,  
delirium declarat. Frigidus ex naribus & ore pro/  
diens, lethalis admodum est.

28.

**C** Facilis spiratio, in acutis morbis, quibus febris  
copulatur, quicq; intra quadraginta dies finiri so/  
lent, magnum habet ad salutem momentum.

## CDE SVDORE.

## PRONOSTI. HIPPO.

### XXIX.

SVDor bonus & laudabilis existit in omni acutâ aëgritudine, qui in die critica sit, & aëgrum liberat. Est autem bonus qui sit in toto corpore, & aëger ex eo suauior & fortior efficitur. Qui uero nihil horum fecerit, his est inutilis. Frigidus autem malus, peior si in ceruice, & in capite solo: qui quidem in acuta febre significat mortem. Cū lenta uero prolixitatem significat aëgritudinis.

### C DE SVDORE.

29.

Sudores qui la  
tubres, et cōtra SVdores saluberrimi censemur, in omnibus acutis morbis, si in diebus decretorijs oriantur, febrimq; finiant, aut ubi toto corpore aequaliter insudante, aëger morbum facilius sustinere uidetur. Contra inutiles, qui id efficere non ualent. Pessimi omnium sunt frigidj, & ubi caput duntaxat, aut facies, aut ceruix insudat: quippe qui in acuta quidem febre mortem, in mitiore uero, morbum diuturnum fore significant.

### C A P RÆCORDIIS SIGNA,

### XXX.

TIN hypocundrijs si sine dolore fuerint, si molilia, si bene composita, hic & inde bonum sic erit. Si uero feruentia, aut dolentia, uel quodam spasmo

## LIBER. I.

Fo. 74.

distēta, aut inter se dissimilia, in his cōsiderandū est.

## XXXI.

¶ Si enim in aliqua parte earum pulsus fuerit, angustiam, uel alienationem significat.

## XXXII.

¶ Oculi tamen sunt in hac ægritudine intuendi, q̄ si uelociter mobiles apparuerint, mania significat.

## XXXIII.

¶ Acuta existente passione, collectio si affuerit in de tumore seu hyppocandrīs, cum tumore, & dolore, malum est, <sup>apostemat in</sup> cum ambas complectitur. Si uero in altera earū <sup>ilij.</sup> que in sinistra est, melior est.

## XXXIV.

¶ Quæ collectio, si in principio subitam mortem non intulerit.

## XXXV.

¶ Et si usq; in diem uigesimalū permanescit, neq; febris deciderit, neq; dolor defecerit, in pus couerteret.

## XXXVI.

¶ Solet huic acutæ ægritudini infra septem dies sanguinis fluxus ex naribus utiliter superuenire. Perquirendū est autem, an dolor adsit fronti, & scotomia : que si affuerint, sanguinis fluxum ex naribus nunciabis.

## XXXVII.

¶ In his tamen, quibus ætas. 35. annorum est.

## XXXVIII.

## PRONOSTI. HIPPO.

**C** Apostemate uero molli existente, sine dolore,  
& sub tactu mutabili, contingit ægritudinem ter-  
minari, in prædictis tamen sepius.

### XXXIX.

**C** Quod si usq; in diem 40. sic manserit febre non  
deficiente, in pus conuertetur, & omne apostema  
circa uentrem ad hunc modum dñjudicabitur.

### XL.

**C** Apostema uero solidum cum dolore horrendū  
est, & cito mortiferum. Quod autem molle sine  
dolore, & sub tactu cursile, tardius.

### XLI:

*Tumor in uen-*  
*tre minus fadi*  
**C** Apostema uero circa uentrem minus colligit  
abcessum quā humorē, q̄ quod in hypochondrijs. Minime om-  
niū, quod sub umbilico est.

### XLII.

**C** Elegantius omnibus signis, signum est san-  
guinis effusio, ex his apostematibus, quæ insunt  
in prænotatis locis.

### XLIII.

**C** Omne apostema diuturnum in prædictis lo-  
cis, in pus uertetur.

### XLIII.

**C** Oportet ergo te esse attentum in his quæ cum  
putruerunt secundū huiusmodi disciplinā. Quod  
eminet, & omnino extra est, & intus minus est &  
peracutum, laudabile. Quod uero spaciosum, &  
minime acutum, pessimum.

XLV.

**C** Horum autem que intus crepuerunt, si qua quidem exterius apparent, pessimum. Quorum uero nihil signi est extra, meliora.

XLVI.

**C** Putredo ea laudatur, quæ alba est, & æqualiter per totum, neq; in superficie inequalis, neq; mali odoris. Quæ uero contraria, pessima.

signa puris latè  
dabilis, ut sit  
æqualiter  
le leueq; & ma-  
nime fætida.

### C A P R A E C O R D I I S N O T A E.

**C**ulic. **A**Tq; inter optima indicia sunt præcordia, ubi sine ullo sensu doloris in utraq; parte æqualiter mollia sunt. Inflammata uero dolentia, & intenta, & ubi aliter in dextra, aliter in sinistra parte afficiuntur, supra haberi debent.

30.

31. 32.

**C** Præcordiorum uenæ, si pulsent, aut turbationem, aut delirium portendunt: sed eorum qui sic affecti sunt, oculos aspicere oportet: quippe frequens illorum motus, insaniam conuminatur.

33.

**C** Præcordia tumida, dura, dolentia, si in uniuersum sic affecta sunt, maximum malum portent: si uero altera parte duntaxat, ex sinistra minus periculum est.

34. 35. 36. 37.

**C** Carterum huiusmodi tumores, in principio quidem proximā mortem denunciant. Vbi uero ui-

V ij

## PRONOSTI. HIPPO.

ginti dies excesserint, neq; quiescente febre, neq;  
tumore remisso, ad suppurationē conuertuntur.  
Atq; inter primos circuitus, sanguis e naribus flu-  
ens, non mediocri ipsijs præsidio est, sed tum san-  
guinis eruptio expectari debet, quum interrogati,  
aut caput dolore, aut oculos caligare fatentur: id  
uero iunioribus, uidelicet circa quintum & trige-  
simum annum, plerunq; eueniire solet.

38. 39.

**C** Mollis tumor, dolorem non inferens, & digi-  
tis cedens, longiori tempore finitur, sed non ita  
graue ab eo periculum pendet. Quod si intra se-  
xaginta dies, neq; febris definit, neq; tumor rese-  
dit, suppurationem expectare oportet. Idem haud  
secus in reliquis quoq; uentris partibus ppenditur.

40.

**C** Itaq; durus, magnusq; tumor, dolore crucians,  
mortis periculum non multo post fore denun-  
ciat. Mollis uero & sine dolore, quiq; prementi  
digito cedit, longus esse solet.

41. 42. 43.

**Tumor qui in**  
**uentre fatigat** in præcordijs oriuntur, abscessum efficiunt: quod  
minus haat abs si sub umbilico constituatur, nequaquam ad sup-  
purationem conuertetur, sed ex superioribus ma-  
xime sedibus sanguinis fluore expectare oportet.  
In quibus omnis tumor diuturnus, ad suppura-  
tionem fere spectat.

44.

**C** Itaq; suppurationum obseruatio sic accipienda est: earum enim quæ in exteriorē partem erumpunt, optimæ sunt paruæ, admodum eminentes, atq; in acutum fastigiatæ: pessimæ uero sunt, quæ maximæ, quæq; planissimæ sunt.

45.

**C** Sed illarum quæ intus excitantur, optime censentur, quæ exteriorem cutem non decolorant, & cōtrahuntur, nulloq; dolore cruciant, atq; ubi exterioris cutis color manet uniformis.

46.

**C** Pus illud optimum est, quod album & leue est, Designis quib; bus cognoscatur pus. & haud quaquam foctet: quod uero ab hoc uatiat, pessimum est.

Explicit liber primus  
pronosticorum.



HIPPOCRATIS PRÆSAGIORVM SIVE  
pronosticorum antiquæ, & Gulielmi  
Copi recentioris interpretationis  
Liber secundus.

C De Hydropisi.

I

Mnis hydrops in acuta ægritudine, Anh.  
malum. Infestatur enim febre & gra-  
uiedine membrorum, & dolore. Con-  
surgit autem ex lumbis, & hylis, & hepate.

II.

C Consurgens ex lumbis & hylis significatur ex  
pedum inflatione, & diurna uentris effusione,  
nō tamen cū defectu doloris, seu uentris tumoris.

III.

C Cuius uero origo est ab hepate, sit cum tussi-  
cula, nec prosciunt quicq; & tument pedes: nec  
ægerunt nisi modicum, & cum angustia: & circa  
uentrē fiunt apostemata, non continue extra ma-  
niantia, sed quandoq; ueluti fugientia.

III.

C Et si caput, & plantæ pedum, & uolæ manuū  
frigidæ fuerint: uenter uero, & latera, & mandib-  
ule caluerint, malum est.

## V.

**C** Bonum est autem ægrum ex toto calere, & mollem, & suauem conuenienter esse.

## VI.

**C** Bonum est modeste se habere, & non laboriose, & non repente eundem latera commutare, & si sibi leuis videatur.

## VII.

**C** Grauis uero si fuerit, manus quoq; & crura ponderosa, horrendum.

## VIII.

**C** Quod si liuor admixtus uiridi unguibus digestis affuerit, mortem aduentare non dubitabis.

## IX.

**C** Et si color hic ungues non infecerit, licet cætera membra corripuerit, spci locus non deerit.

**C** Proderit uero cuncta signa perpendere. Quod si ægrum sufficientem uideris, & una boni significatio affuerit, terminus tibi promittetur cu quolibet exteriori apostemate, & futura salute: sed cæloris in prædictis locis pericula non deerunt.

## X.

**C** Si testes & uirga, præter solitum diminui, contrahiç; apparuerit, aut nimis doloris, aut mortis aduentum pronunciabis.

## X.

PRONOSTI. HIPPO:  
DE AQVA INTER CVTEM.

Hydrops  
origo.



Qua inter cutem si ex acuto morbo calid.  
cepit, periculosa est; neq; enim febrem  
soluit, sed doloribus torquet atq; in/  
terficit. Oritur uero magna exparte, uel ab ilibus  
& lumbis, uel a iecinroe.

**C** Sed ubi ab ilibus lumbisq; ortum contraxit,  
pedes tumidos reddit, fluorem diuturnum indu/  
cit, qui neq; lumborum, iliumue dolorem soluit,  
neq; uentrem efficit molliorem.

Hydrops d.  
ueritas.

**C** At quibus a iecinore aqua inter cutem pro/  
ciscitur, n; tussi uexantur, sed qua pene nihil ex/  
creatur, pedes tument, delectio dura, coactaq; est,  
circa uentrem tumores, modo in dextra, modo in  
sinistra parte attolluntur, deinde desinunt.

**C** Mali etiam morbi signum est, caput, & pedes,  
manusq; frigidas habere, uentre & lateribus calen/  
tibus. Securitatem pollicetur corpus, quod aqua/  
liter molle, & calidum est, quodq; facile conuers/  
titur & surgit.

**C** Grauitas uero, qua uel manus & pedes, uel  
reliquum quoq; corpus præmit, periculum signi-

## LIBER II.

Fo. 78.

sciat. Quod si cum grauitate unguis quoq; ac digiti liuore afficiantur, continuo perniciem experire oportet. At omnino nigri, tum digitii, tum pedes, minus q; liuentes, periculum portendunt: sed tunc ad reliqua signa refugere oportet, etenim si æger facile malum sustinet, adsintq; alia quædā indicia, que securitatem polliceri solent, suppurationem sperabis, atq; superstes manebit æger, sed denigratæ corporis partes decident.

10.

**C** Testiculi pudendaq; retracta, uehementes dolores, atq; lethale periculum significant.

Testicū ac urinum diminutio  
et retractio in  
morbis quid  
presagiat.

## C DE SOMNO.

XI.

**A**nn. **S**omnus ut moris est conueniens & naturalis, ut noctem non effugiat, & diem non impedit, laudabilis. Contrarius uero improbadus, minus tamen si a mane usq; ad tertiam tenuerit.

XII.

**C** Pessimum est autē non dormire, aut enim magnitudinem doloris significat, aut alienationem.

## C DE SOMNO.

11.

12.

**C** Vod uero ad somni rationē pertinet, quem admodum sani etiam solent, interdiu uigilare, non somnus quale esse debeat. Et uero dormire oportet: a qua consuetudine si

X

## PRONOSTI. HIPPO.

quis aberrauerit, peior erit somnus, q̄ inter quartam horam & noctem, q̄ qui matutino tempore ad quartam: pessimum tamen est, si somnus neq̄ noctu, neq̄ interdiu accedit: id enim uel ob dolorem laboreq̄ accidit, uel deliriū futurū significat.

## C DE D E I E C T I O N I B V S sive aegestionibus.

XIII.

S Tercoris aegesio, si neq̄ exiccata, neq̄ liuida omnino, sed iuncta, & hora solita, signum est ea quæ sunt sub dyaphragmate esse salubria.

XIII.

C Si liquida, bona est, si sine sonitu uentoso fuerit, nec inordinate manauerit. Si enim frequenter manat, ægrum maximo labore, ac uigiljs afficit, & in defectum adducit.

XV.

C Utile est sterlus secundum quantitatē ciborū assumptorū uenire, & bis uel ter in die. In nocte uero semel, & iam luce proxima, aut solito more contingere.

XVI.

C Utile est etiam appropinquante iam termino ægritudinis idem sterlus densari.

XVII.

C Et colore subcitrino fieri, nec in solidū densari.

XVIII.

C Bonū est etiā si lumbricos admixtos habuerit,

¶ C In omni acuta ægritudine uentrem non plenum sed ut uacuum tractari; & non tenuem, sed carnosum inueniri, bonum.

XX.

C Aquosum uero sterlus, & liquidum siue albū, Defectio non  
aut nimis citrinum, aut spumosum, malum est. bonum.

XXI.

C Item modicum sterlus & uiscosum, & leue siue  
album seu citrinum, aut spumosum, malum.

XXII.

¶ C Pessimum autem & mortale est uiscosum, ni/  
grum, fetidum, & uiride. Genera defectio  
onum exiiosarū.

XXIII.

C Varium uero, productionem significat ægritudinis,  
neq; minus signum est mortis, q; quod lo-  
turam intestinorum profert, aut colorem porrorū  
siue nigrum. Contingit etiam colores istos simul  
cuenire.

XXIV.

¶ C Ventositas sine sonitu laudabilior est. Quæ ue-  
ro cum sono, melior q; illa quæ intus clauditur,  
significat tamen amentem, aut dolore laborantem,  
nisi sit voluntarie. XXV.

C Dolor sub hyppocundrīs hanc proprietatem Dolor pre-  
habet, si recens & sine calore fuerit, si rugitus cordiorum,  
superuenerit, & cum Regestione uel urina eruperit,  
soluitur, alioquin ad inferiora transmittitur.

X iii

PROGNOSTI. HIPPO.  
DE ALVI EXCREMENTIS.

*Excremēti no<sup>o</sup>. tē diuersē.* **A** Lui excrementa inter bona indicia sunt, si mollia, si figurata sunt, si eodem fere tempore quo in secunda ualetudine dehinc solebant, excernuntur: si his quae ingeruntur proportione respondent, utpote quae inferiorem uentrem recte ualete declarant. 13.

**C** Si uero liquida fuerint, praefstat ut sine stridore, neq; frequenter, neq; ex breuibus interuallis, dehiciantur: etenim fatigatur æger, si crebro surgit, uigilisq; consumitur: quum uero affatim sive peccat dehicit, ne animus eum deficiat periculum est. 14.

**C** Conuenire debent excrementa, his quae assumentur, & bis terue interdiu, noctu uero semel dehinc, idq; maxime matutinis temporibus pro cuius iusq; consuetudine. 15. 16. 17.

**C** Ad finem iam tendente morbo, bonum est si crassiora reddantur, ac tufa, & odoris feeditate, sani hominis aluum non uehementer excedant. 18.

**C** Lumbricos etiam cum excrementis sub fine morbi descendisse nihil nocet. 19.

**C** Venter in quoquis morbo uacuus, corpulenitusq; esse debet. 20.

**C** Periculosem sterlus est, quod per liquidū, albicans, pallidū, uehementer rufum, aut spumas est.

## LIBER. II.

Fo. 80.

**C** Item malum est, quod exiguum, glutinosum,  
idemq; subpallidum est. 21.

**C** Omnitum maxime lethiferum est, nigrum, pin/  
gue, liuens, aut quod peioris est odoris q; pro  
consuetudine. 22.

**C** Varia excrementa, quanq; diutius mortem dif/  
ferunt, non tamen minus sunt lethalia, huiusmo/  
di & ramentosa sunt, biliosa & nigra, atq; porri  
colorem imitantur. 23.

**C** Inter optima signa est flatus, qui neq; stre/  
pendo, nec pedendo emititur: quanq; enim sati/  
us est ipsum cum strepitu exire, q; includi: tamen  
hoc pacto prodiens, aut dolere, aut delirare ægrū  
significat, nisi sua sponte flatum ipsum emiserit.

**C** Praecordiorum recentes quidem dolores, gib/  
bosq; nisi inflammatio quoq; accesserit, murmur De dolore qui  
in iphis exortum soluit, ac una cum stercore, &  
urinis, atq; flatu egreditur: quod ubi non contin/  
git, si tamen ex sede sua transffertur, bonū signū  
est, idq; magis, si ad inferiora descendit.

## CDE VRINIS.

XXVI.

**V** Rina laudabilis est, quæ hyppostasim albā vrina optima.  
subsidentem, & equalem, & continua, atq; leuem  
habebit. Et si permanens usq; in crissim erit, est

## PRONOSTI. HIPPO.

enim fidelis nuncia salutis, & significat breuitatem ægritudinis. Quod si modo cum hypostasi praedicta, modo uero sine ea fuerit, diuturnitateem significat ægritudinis, neq; omnino fidelis est.

XXVII.

**C** Urina rubea nimis cum sua simili hypostasi, ægritudinem magis superioribus diuturnam dicitur est tamen nuncia certa & fidelis sperandæ salutis.

XXVIII.

*Urina mala.* **C** Sed si eadem hypostasis surfurea fuerit, mala est. Pessima uero si spumosa. Alba autem & liquida, & leuis, mala. Peior tamen quæ dicta est surfurea.

XXIX.

**C** Nebula pendens in urina, si alba, bona est; nigra uero mala.

XXX.

**C** Cum fuerit urina citrina, clara, indigesta, ægritudinem significat.

XXXI.

**C** Timendus ergo est infirmi defectus.

XXXII.

**C** Urina mortis significativa fidelis & certa est, aquosa, aut fetens, aut nigra, aut lutosa.

XXXIII.

**C** In utroq; sexu nigra pessima est: & in pueris uero aquosa malum.

XXXIV.

**C** Urina cruda, clara, & diuturna, cum alijs signis bonis, certum est apostema futurum sub dyaphragmate.

LIBER II. NO. 8.

XXXV.

Crasficies ut araneæ tela supernatans in urina uituperanda est, significat enim liquari ægrum.

XXXVI.

C Rationis uero est, & ordinem in nebula non negligere, utrum supremum aut medium teneat locum, similiter & colorem. Quæ etenim media est, cum prædicto colore laudabili laudabilis: suis prema uero & nigra uituperabilis.

XXXVII.

Cauendum est tamen ne uesticæ uitio capiatis, ut quod ab ea est alienum dijudices.

DE VRINIS.

<sup>Guliel.</sup> **V**rina illa optima est, in qua per totū motū  
bi decursum residet album, leue, æquale, hæc ni-  
mirum securitatem, breuemq; morbum significat.  
Quod si aliquid horum deest, ut modo liquida  
sit, modo album, leueq; in ipsa residet, hæc ut  
longiorem morbum denunciat, ita securitatē mi-  
norem pollicetur.

27.

**C** Subrubra urina, in qua subrubrum, leueq; re-  
sidet, quanq; superiore morbum diuturniore, eun-  
dem tamen salubriorem fore declarat.

28.

**C** Mala est urina, cum id quod residet, parti fa- Lotum mali  
rinæ crassiori simile est: peior uero, si lamis.

X

## PRONOSTI. HIPPO.

uituperatur quoq; alba, tenuisq;, quanq; longe  
maius periculum illa portendit, in qua quedam  
tanquam furfurea resident.

**C** Nebulae in urina suspensæ, albæ quidem bo-  
næ, nigrae uero male sunt.

**C** Carterum quoad urina rufa, tenuisq; apparue-  
rit, crudum morbum significat: quod si diutius  
talis permanferit, ne priusq; morbus quiescat, æger  
uiribus destitutus succumbat, periculum est. Per-  
nicioissima est urina, quæ mali odoris, & diluta  
& tenuis, & nigra, & crassa est.

**C** In uiris quidem & mulieribus nigra, in pue-  
ris uero, tenuis & diluta, deterrima est.

**C** Si urina tenuis & cruda, sic diu fertur, ut re-  
liqua signa salutaria sint, plerunq; infra septum  
transuersum abscessus oriri solet.

**C** Neq; leuiter terrere nos debet urina, cui pin-  
guedo telis araneorū similis innatat, quippe quæ  
hominem tabe consumi significat.

**C** Nubecularum positum, supremum locum an-  
infimum teneant, obseruare oportet. Nam quæ  
in ima parte constituantur cum coloribus quos  
supra proposui, bonæ sunt, atq; laudantur: quæ

L I B E R . II . F o . 82 .  
uero sursum attolluntur, malæ, uituperadæcȝ sunt.

**C** Sed caue ne uesica quoquo modo affecta (si huiusmodi reddiderit urinas) te decipiat : tales enim non ad uniuersum corpus, sed ad ipsam duntaxat uescicam referri debent.

### C D E V O M I T I O N E .

#### XXXVIII .

**L**Audabilis est uomitus, cui phegma admixtū coloribus fuerit, necq; nimis uiscosus : quanto uero a simplicitate remotior, tanto suspectior.

#### XXXIX .

**C**Vomitus si sit sicut succus porri, aut uiridis, aut plumbeus, aut niger, malus est.

#### XL .

**C**Si omnibus his infectus fuerit, est nuncius mortis, & infirmus morti est contiguus.

#### XLI .

**C**Quod si uomat homo unus omnes istos co-  
lores, tunc illud erit mortale ualde,

#### XLII .

**C**Omnis odor malus in quocunq; uomitu, ma-  
lum est. Vomitus malus

### C D E V O M I T V .

Y ñ

## PRONOSTI. HIPPO.

*Vomitus qui-  
bus conserat.* **P**erquam utilis est uomitus, qui bilem pituitæ  
mixtam habet, si neq; crassitie, neq; multitudine  
admodum excedat: nam syncerae pituitæ, bilisue  
uomitus, periculosus est.

*Vomitus qua-  
les mors fec-  
quatur.* **C** Si uero uiridis, aut liuidus, aut niger est, qui-  
libet horum colorum acciderit, uitiosus est.

*Vomitus qua-  
les mors fec-  
quatur.* **C** Si uero omnes affatim in eodem appareant,  
mortis periculum ualde timendum est.

*Vomitus fatti-  
dus malus.* **C** Ad ultima uentum esse testatur liuidus uomiti-  
tus, præcipue si malus in hoc odor est: si quide-  
m factores in quois uomitu mali sunt.

## C D E S C R E A T I O N E.

*Sputum pul-  
monia bonū.* **S**Putum in ægritudine pulmonis seu coste est *Ambo-*  
utile, si sit uelox, si facile sine labore.

**XLIII.**  
**C** Si subrubeum & sano sputo admixtum.

**XLV.**

**C** Si uero tardum in doloris principio, & rubes-  
sum, aut citrinum, neq; sano sputo admixtum, &  
cum laboriosa tussi, malum nunciat.

**XLVI.**

*Sputum glutin-  
osum.* **C** Et rubeum omnino molestum, & album, uisco-  
sum, globosum, inutile est.

XLVII.

**C** Viride spumosum, malum.

XLVIII.

**D** **C** Si nigrum est, mortale est.

XLIX.

**C** Si in pulmone coherens sonuerit, nec quicquam  
inde exierit, malum est. Sternutatio cum reuma De grauedinio  
te in omni ægritudine pulmonis & coste, malum et sternutatio  
est: siue enim illa sternutatio præcedat, siue coe-  
qua sit ægritudini, malum est.

L.

**C** Sternutatio uero sine reumate in omni acuta  
ægritudine, bonum est.

LI.

**C** Sputum subsanguineum, clarum, in pulmonis  
ualitudine in principio nullo colore turbatum, sa-  
lutem significat. Sed si usque in diem septimum, aut  
amplius idem sputum manserit, suspectum est.

LII.

**C** Omne sputum perseverante dolore, malum sputum malum,  
est. Sputum nigrum pessimum est. Et omne spu-  
tum cum doloris diminutione, bonum.**C D E S P V T O.****Q** uicel. **I**N pulmonis costarumque doloribus oportet ut  
sputum celeriter, facileque screetur, & crux sputo  
uehementer misceatur. Etenim si multo post do-

Y iii

## PRONOSTI. HIPPO.

Ioris initium, aut cruentum, aut rufum, aut non  
sine multa tuisi, nec adeo commixtum expuitur,  
viscosum censemur. 46.

**C** Quippe cruentum, si syncerum quoq; fuerit,  
periculum subesse testatur: album uero, viscidum  
& rotundum, inutile est.

**C** Mali etiam morbi testimonium est, quod ad-  
modum viride, quodq; spmolum est. 47.

**C** Id uero omni alio deterius est, quod sic est  
*Pulmo cum nō purgat, ma-*  
syncerum, ut nigrum quoq; videatur, necq; tutum  
est sputum, quod non expurgatur, nec proicit  
ipsum pulmo, sed ob nimiam plenitudinem fer-  
uet in gutture. 48.

**C** In omnibus morbis pulmonis destillatio, ster-  
nutamentumq; sive prafuerint, sive superuenier-  
int, periculum ostendunt: quanq; in ceteris mor-  
bis, uel pericolosissimis, utilitate non carent.

**C** Sputum cruentum cui paulum sanguinis ad-  
mixtum est, in morbi principio, inflammato pul-  
mone projectum, securitate atq; auxilium pollicet-  
ur: quod uero ad septimum usq; diem, longioriue  
spacio tale appetet, non adeo tutum est. 50.

**C** Omne sputū, quod dolorē nō mitigat, malū est.  
*sputa ma-*  
Nigrum (ut supra demonstrauimus) pessimū est,  
la que. sed longe saluberrinū id est, quod dolorem placat.

## C DE PURVLENTIS.

LIII.

**M**inis dolor prædictorum locorum, si superueniente sputo, uel solutione uentris, uel phlebotomia adhibita, uel quolibet competenti medicamine nō fuerit diminutus, pus ibi futurū denūciat.

LIV.

**C** Putredo cholérica sputo admixta, & sine spusto, malum est.

LV.

**C** Si tamen a die septimo contigerit.

LVI.

**C** Mortem nanc̄ in quartodecimo nunciabis, nisi signum quodlibet aliud sperandas salutis adesse consideraueris.

LVII.

**C** Quod si huiusmodi est robur & cōstantia ægri, & bonus spiritus, & facilis proiectio putredinis cū tussi, & æqualitas totius corporis in habitudine carloris & multititudinis, nec sitierit, & si urina, & sterlus, & sudor, & somnus, bene se habuerint, quæ si bene se sunt habentia, uitam sunt pollicentia: ex quibus si plura defuerint, post diem 14. mortem futuram pronunciabis. Et contrariū quidem quod est mortis signum huiusmodi est. scilicet debilitas ægri, spiritus anxius, magnus & densus dolor permanens, proiectio cū laboriosa tussi, sitis perseverans, corporis circa calore inæqualitas, uentris & laterū calor magnus, sed & frontis, & manū, & pedum, rigor, & urina, & sterlus, & sudor, & somnus, ut dis-

## PRONOST. HIPPO.

ximus, sunt minantia mortē; hæc si prædictæ proiectioni cholericæ putredinis superuenerint, mortē futurā ante diem. 14. nō dubitabis, uel in. 9. uel in. 11. Ex hac ergo consideratione sputū dices esse mortale. Et si uitalia mortisq; signa cognoueris, pronosticorum rectitudine in offensē progredieris.

### LVIII.

**C** Et illa signa sunt laudabilia, scilicet, robur, & constantia ægri, & bonus spiritus.

### LIX.

**C** Apostemata, quædam in. 20. quædam in. 40. quædam in. 60. rupturam differunt.

### LX.

**C** Oportet ergo medicū diem principij non ignorare, & in qua hora corpus primum habuerit calere, aut rigore, aut per infirmū cognoscere quādō incepit in eodē loco dolere, & cōpunctiones sentire: hæc enim sunt prima collectionum indicia. Ex quo erunt tibi dies computandi, & inde erutionem expectabis in prædicta tempora.

### LXI.

**C** Et si hæc collectio in uno laterum contigerit, aut ambobus euenerit utiliter percontaberis. Et si in altero magis caluerit, dehinc iacere super alterū videbis. Et si pondus in altero sentiat, interrogabis. Et ex hoc apostema in altero latere & non ambobus, esse dijudicabis.

## LXII.

¶ Quibus signis cognoscantur purulentia.

¶ Et ex signis huiusmodi quae sunt putribilia conjecturabis, febris enim indeficiens erit, sed in die modica, in nocte uero magis accensa, & sudor multus, & in tussiendo falla quies, & oculorum reductio, atq; in eorum angulis rubor, & unguium constrictio, & digitorum calefactio. Amplius tamen in eorumdem digitorum summitatibus, & in pedibus sunt & recedunt minuta apostemata, fastidium patiuntur, & per corpus eorum uescicæ nascentur, & non morantur. Illi empici sunt, in quibus hæc signa sunt.

## LXIII.

¶ Qui uero uelocius empici sunt, utrumq; ex eis quae dicta sunt aliquid contigerit, considerabis an spiritus sit frequens, & sputum cum tussi insufficiente, & utrum cum excreare coeperit dolor fiat amplius, & in talibus rupturā ante. 20. diem expectabis.

## LXIII.

¶ Et quos febris in die rupturæ dimiserit, eos euasuros enunciabis, tunc ipsis cibum appetunt, & non sitiunt, & modicum atq; coniunctum est quod regerunt, pus quod efficiunt, album est & leue, & per totum æquale & sine labore, & cum modica tussi, & in brevi sanatur. Prope hos sunt qui proxima signa his signis habuerent eorum.

• Z

## PRONOSTI. HIPPO.

Quos autem febris in apostematis ruptura non  
deserit, & quasi furtiva postmodum inuaserit, &  
afficiuntur siti & fastidio cibi, & ægerunt molle,  
& post, quod iactant liuet, & uiret, phlegmati ad-  
mixtum atq; spumosum his signis pertractatis,  
perituros non dubitabis.

LXV.

**C** Qui uero quædam horum & non omnia  
habuerint, eorum quidem hi moriuntur, hi etiam  
in uita manebunt, utriq; tamen difficultem exitum  
consequuntur, hi tamen tuo prouidenti iudicio di-  
scernuntur.

## DE SVPPVRATIONE.

**D**oloris sedatio. **O**lores in dictis sedibus, quos neq; sputigulic.  
purgatio, neq; soluta aliuis, neq; sanguinis missio,  
neq; medicamentum, neq; uitius ratio sedare po-  
tuit, scire licet eos ad suppurationem tendere.

**C** Suppuratio erumpens, sputo adhuc bilioso  
apparente (siue bilis seorsum, siue una cum pure  
expuat) admodum perniciosa est, præsertim si a  
die morbi septimo inceperit pus ab huiuscemodi  
sputo procedere. Itaq; timendum est ei qui sic ex-  
puit, ne. 14. die moriatur, nisi salutiferum aliquod  
indictum interea superueniat.

<sup>56.</sup> **C** Porro bona spei signa sunt, si æger bene su-  
stinet morbum, si facile spirat, si dolor leuatus est,  
si sine difficultate screat, si corpus æqualiter molle  
& calidum est, neq; sitis infestet: præterea urina,  
alui sedimina, somni, sudores, ut de singulis su-  
pra demonstrauimus, probe respondent: quorum  
si nullum deest, haudquam æger morietur.  
Contra, si intolerabilis est morbus, si halitus ma-  
gnus & frequens est, neq; mitigatus est dolor, uix  
sputum redditur, sitis uehementer cruciat, febris  
inæqualiter corpus afficit: si deniq; uenter & la-  
tera uehementer calent, fronte, manibus & pedi-  
bus frigore affectis, atq; urina & alui excrementa,  
& somni, & sudores, ex supra propositis notis pe-  
ticulum minantur: quicquid horū iam dicto spu-  
to superuenerit, aut nono, aut undecimo die, ægrū  
moriturum significat, ita ut decimumquartū non  
queat attingere. Huiusmodi cōiectura lethale spu-  
tum consequi oportet, quod uidelicet ad decimū  
quartum diem ægrum uiuere non permittit. Ex  
prædictis itaq; signa tum bona, tum mala per-  
pendere, ac subinde futura prædicere oportet.

Bona spei  
signa.

Sputum moro-  
tiferum.

<sup>57.</sup> **C** Reliquæ autem uomicae magna ex parte rum-  
puntur, sed alias in die uigesimo, alias trigesimo,  
alias quadragesimo, nonnullæ ad sexagesimum usq;  
perueniunt.

Z ij

## PROGNOSTI. HIPPO.

58.

**C** Proinde suppurationis initium obseruare oportet, quod ab eo die putandum est, quo primum quis aut febricitauit, aut inhorruit, aut pro dolore grauitatem illius partis sensit, quam antea dolor infectabat. Nam talia in suppurationi principio accidere solent: ab hoc igitur tempore usque ad iam definita spatia, uomicarum eruptiones expectandæ sunt.

Pus quando  
erumpit.

Vomica qua  
parte expre  
standa.

Vomica co  
gnita.

Vomica inter  
ioris signa.

59.

**C** An vero alteram duntaxat partem uomica occupet, ex his fere notis perpendere licet, si alterum latus dolore cruciat, & altero calidius est, atque ubi in partem sanam aliquis decubuit, interrogatus, onerari eam, ueluti ex pondere aliquo, respondat: quibus cognitis, in eo latere suppuratione esse coniectas, cui grauitas incumbit.

60.

61.

**C** Suppuratos omnes hoc pacto deprehendes. Si febris non demittit, eaq; interdiu leuior est, noscitur incrementum, multus sudor oritur, tussiendi cupiditas est, sed nihil pene excreat, oculi cauantur, mala rubent, unguies in manibus curuantur, digiti, maximeq; summi calent, pedes tument, cibi fastidium est, pustulae toto corpore nascuntur. Atque diuturnarū uomicarū hæ sunt notæ, quibus in aliqua parte corporis saepe nemicum frequentem frequenter duraturæ sunt, ex hisdem notis depressi emittantur.

Vomica est tu  
mor excrescens  
in aliqua par  
te corporis sa  
piem frequenter  
emittans.

LIBER II. Fo. 87.

henduntur, atq; ex his quoq; quæ in principio  
apparere solent, simul si spiritus maiori cum dif-  
ficultate tragitur.

61.

**C**eleriore, tardiore mœre eruptionem ita conçis-  
es. Si protinus ab initio tussis fuit, & spiritus dif-  
ficultas, atq; sputi excretio, uomica intra uigesimalū  
diem erumpet. Si uero non adeo uehemens fue-  
rit dolor, cæteraq; illi ex proportione respondeat,  
serius ruptura sequetur, quo tempore & dolore,  
& spirandi difficultatem minui, atq; sputi screatum  
increscere, ante uidelicet puris eruptionē necesse est.

63.

**C**æterum à periculo tuti sunt, quibus eodem  
die, quo eruptio facta est, febris conquieuit, de-  
sieruntq; urgere cibi fastidium & sitis, aliud exi-  
guia quedam & figurata reddit, pus album, leue,  
simplici colore, & sine pituita est, atq; sine dolo-  
re leui tussicula ejicitur. Haec sunt nota per quam  
salubrēs, quæ celeriter liberant hominem : ab his  
securitatem quoq; pollicentur, quæ ad ipsas pro-  
xime accedunt. At certum periculum est, si febris  
non quieuit, aut post quietem repetit. Item si sitis  
est, si cibi fastidium, si uenter liquidus, si pus est  
liuidum aut pallidum, si nihil nisi spumantem pi-  
tuitam æger screat. Itaq; seruari non possunt, quib-  
us omnia hæc accidunt, quibus uero non om-  
nia, alij quidem moriuntur, alij uero post longa-

Z ij

PRONOSTI. HIPPO.

temporum interualla sani euadunt. Ex omnibus autem iam propositis coniecturis reliquarū quoq; affectionum signa considerare oportet.

DE ABSCESSIBVS

suppurationibus.

LXVI.

**Q**uibus peripnemonicis supra aurem uel infra, apostema contingit, & putredinem fecerit, & cum crepuerit, fistulam parit, & sic euadit.

LXVII.

**C**Interest autem tua diligenter secundum hæc præcepta perpendere, quando febris permanet, neq; dolor minuitur, & sputum est inconueniens, & xgestio non est cholérica, neq; liquida, urina modica cum hypostasi plurima, & alia cuncta signa, boni sunt nuncia, tunc sub aure (ut diximus) apostema futurum expectabis.

LXVIII.

**C**Sepius innascitur apostema hoc, his quibus dolor aut calor est sub hypochondrijs. Quibus uero peripneumonicis hypochondria neq; dolent, neq; calent, & spiritus est densus sine causa manifesta, his apostema supra aurem nascitur.

LXIX.

**C**Apostema uel uestica in pede natum, peripneumonicis salutem promittit: melius tamen si in principio sputi projectio ex rubeo in album mu-

tatur, quia his signis certa salus promittitur Sed quod rehicitur non est ut oportet, neq; in urina est hypostasis, timendum est ei membro cui superuenit apostema, periculum.

LXX.

**C** Quod si idem apostema euanuerit, atq; sputum putredinis nō euanuerit, neq; febris defecerit, malum est, & ergo amentia mortis præuiā expectabis.

LXXI.

**C** Plures ex his qui grandeui sunt, peripneumonica depereunt collectioe. Alij uero alijs collectinibus magis.

LXXII.

¶ De dolore qui arca lumbos fatigat.

**C** Acutis febribus existentibus, si dolor a lumbis & femore ad dyaphragma ascenderit, mortale est. Alijs tamen signis præuisis, ex quorum pluralitate siue paucitate dijudicabis.

## DE ABSCESSIBVS.

ulic.

**Q**Vibus ob laborantem pulmonem, abscessus secundum aures oriuntur, & in partibus infernis supputantur, ac fistulam efficiunt, q; secunda ualutudo contingere solet.

65.

**C** In quibus huiuscmodi notas obseruabis. Si febris non conquiescit, neq; dolor mitigatur, si sputum non p ratione ejicitur, si aliud neq; biliosa,

## PRONOSTI. HIPPO:

aecq; liquida, neq; syncera excernit, si in urina admodum exigua, multa resident, ac reliqua quoq; signa, omnia securitatem pollicantur, eiusmodi abscessus expectandi sunt.

66.

**C** Qui alijs quidem eueniunt in partibus infernis, si quodam modo inflammata fuerint præcordia: alijs uero in superioribus, si præcordia neq; tumor, neq; dolore infestantur, sed accedit pro tempore spiritus difficultas, qua deinde sine ulla cvidenti occasione quiescit.

67.

**Abscessus op.  
timi in pulmo.  
nis uehementi.** **C** In uehementi periculosoq; peripneumonia non inutiliter in cruribus nascuntur abscessus: nec posst aliud quicq; melius accidere, præsertim si mutato sputo sic appareant. Siue enim tumor, siue dolor sentitur, sputo cruento in pus iam cōuerso, excretoq; tutissimum id indicium est. Nam & ager a periculo liberatur, & abscessus doloris expers, telerimme conquiescit. At si neq; sputum probe excernitur, nihilq; residet in urina quod bonam spem fulcire videatur, ne ex eo articulo claudicet ager, uel plurima certe sustineat negotia, periculum est.

68.

**C** Si uero subsederunt abscessus, sed rursus repetunt, non prodeunte sputo, ac perseverante febre, grauis timor est, ne delitium subeat ager, aut moriatur.

69.

**C** Sane ex suppurationibus, quas pulmonum morbi concitarunt, fere senes moriuntur: ex ceteris iuniores

70.

**C** Lumborum, inferiorumq; partium dolores, quibus febris quoq; accedit, si ad septum transuersum transeunt, relictis inferioribus, admodum perniciosi sunt. Animaduertenda tamen reliqua quoq; indicia sunt, si enim periculosum aliquod signum accesserit, hominē a spe deponit. Quum uruntur suppurati, si pus fluxerit purum, candidum, & sine foctore, seruantur: si uero subcruentum, coenoscumq; pereunt. Si ad septum transuersum, malum ascenderit, nullo reliquoq; signorum periculum ostendente, futuræ suppurationis indubitate spes est.

### VESICA AFFECTA QVID PRÆSAGAT LXXIII.

**V**ESICA dolens atq; stigida febribus non deficientibus, malum pronunciat: magis tamen cum uentris stricture.

LXXIII.

**C** Sed si peruererit urina sicut pus cum hypostasi, dolor soluitur.

LXXV.

**C** Si uero urina non sic fuerit, & vesica nō mollescit, neq; febris deciderit, mors in prima peryodo aderit.

a

PRONOST. HIPPO.  
LXXVI.

**C** Hæc autem morbi species amplius pueris a septimo anno, usq; in. 15. euenire consuevit.

E X V E S I C A N O T A E.

**V** ESICA dura dolens, graue periculum, lethaleq; comminatur, idq; si continua quoq; febris accelerit: nam uestica dolores, ualidam necandium obtinent: quo tempore aliud etiam nihil reddit, nisi dura quedam, ac ne ea quidem, nisi cogatur.

**C** At uero urina purulenta procedens, in qua residet album & leue, metum detrahit.

**C** Quod si ab huiusmodi urina dolor leuatus non est, neq; uestica mollior effecta est, neq; febris conquieuit, laborantem per primos morbi circuitus moriturum, denunciandum est.

**C** Id uero pueris a septimo anno ad decimum quintum præcipue accidere solet.

Explicit liber secundus.



# HIPPOCRA

TIS PRÆSAGIORVM SIVE

pronomisticorum antiquæ, & Gulielmi

Copi recentioris interpretationis

Liber tertius.

## DE FEBRIBVS.

### I.

**N** febribus idem terminus quibusdam  
ad uitam, quibusdam ad mortem.

### II.

**C** Illi dies idem in quibus ex hominibus salua-  
tur qui saluatur, & perit qui perit.

### III.

**C** In quibus febribus, si cuncta signa bene pro-  
cesserint, & spes mali in quodam non heserit, in  
die quarta, aut prius terminum uitæ iudicabis.  
Sed in quibus cuncta signa male peruerterint,  
neq; boni spes ulla affuerit, in quarta die, uel an-  
te mortem obibit. **III.**

**C** Prima periodus hoc numero continetur, se-  
cunda in septimo, tertia in undecimo, quarta in  
quartodecimo, quinta in decimo septimo, sexta in  
in uigesimo. Qui numerus per quartenariū aug-  
mentando in acuta ægritudine usq; in uigesimalium  
diem decurrit.

**C** De æruginosis morborū. & quo pacto non integris numeratūr diebus.

**C** Neq; est cōputari in completo numero dierū,

## PRONOSTI. HIPPO.

quemadmodū neq; anni, neq; menses, ad quorū  
formam tres septimanas in uiginti dierum spacio  
terminamus. V.

¶ Et periodus prima ex periodis earum apud  
hoc peruenit. VI.

¶ Deinde secundum hanc rationē augmenti eue/  
nit prima periodus in uigesimo die, secunda in  
quadragesimo, & tertia in sexagesimo.

VII.

¶ In quibus ualitudinibus determinatio est tar/  
da, pronostica in illis in initio sunt latentia, earū  
enim principia confusa sunt, idcirco cautius inui/  
gilandum est, & in singulis quaternis diebus stu/  
diosius intuendū, quod si feceris, aut uix, aut nunq;  
falleris.

VIII.

¶ De atraitionibus quibus quartanae fēbres finiuntur.  
¶ Et finis quartanae huiusmodi est.

IX.

¶ Quæ uero in breui finiuntur, facilius cognos/  
cuntur. Differentia enim illarum est euidentissi/  
ma. Euasuris quidem spiritus suavis, neq; dolor  
aliquis nimius, & nocturna quies naturalis, & re/  
liqua signa cuncta boni ordinis, ut diximus.  
Morituris uero, spiritus anxius, et turbatus animus,  
uigilarum instantia, & omnis significatio mali  
nuncia.

X.

¶ Considerabis igitur augmenti tempora usq; in  
statum, an sint ut supra disposuimus.

LIBER III. Fo. 90.

XI.

¶ Quo pacto in mulieribus à die quo pepererint iudicatiōes existant.

¶ Secundum hanc quoq; rationem & in parientib;  
tibus cautus eris, & non parientibus similiter.

XII.

¶ De affectibus qui in capite & ore & faubus affiguntur.

¶ Si dolor in capite acutissimus cum febre fue/  
rit, & signum aliquod mortis apparuerit, mors ci/  
to aderit. Et si signum mali non affuerit, & dolor  
ulc<sup>z</sup> in. xx. diem permanserit, neq<sup>z</sup> febris abierit,  
sanguinē de naribus expectabitis, aut aliquod apo/  
stema in inferioribus partibus corporis. Sed do/  
lore adhuc restante, sanguinem de naribus expe/  
ctabis, aut apostema expectabitis, magis tamen do/  
lore frontem ac tempora non relinquentे.

XIII.

¶ Et sanguinē sperabis plus in illis qui sunt mi/  
nus triginta quinq<sup>z</sup> annorum, apostema uero ma/  
gis in his qui sunt amplioris aetatis.

XIV.

¶ Aurium dolor acutus cum acuta febre perma/  
nente, malum est. Expectabis in eo alienationem  
& mortem, graue enim est & molestum. Interest  
ergo tua bene omnia a principio ægritudinis per/  
scrutari & attendere signa.

XV.

¶ Iuvenes enim qui sunt in hac passione, in die  
septimo uel prius pereunt. Senes uero tardius,

a iii

## PRONOSTI. HIPPO.

quia febres & alienatio minus eis q̄ iuuenibus cōtingunt, atq; aures corum erumpuntur, & puemittunt. In senili tamen etate ualitudo resurgit, & intermit. Iuuenes uero anteq; rumpatur apofsteina, percunt. Quod si crepuerit, & signū quodlibet apparuerit boni, aliquid boni sperabis.

XVI.

**C** Apostema in gutture cū acuta febre, malū est. Et si aliud mali signum ex iam dictis usum fuerit, mortale est.

## DE FEBRIBVS. LIBER III.

Febrium decretoria.



EBRES siue sanus ab ipsis quis euadat, siue pereat, aequali dierum numero finiuntur. 2. 3.

**C** Ut enim saluberrime febres, quæ uidelicet tuissimis fulciuntur notis, die quarto uel antea quiescere solent: ita pessimæ quæq; & quibus periculosisima adfunt signa, die quarto, uel citius interficiunt. 4. 5.

**C** Primus itaq; earum insultus ita finitur, alter in septimum diem producitur, tertius in undecimum, quartus in decimum quartum, quintus in decimum septimum, sextus in uigesimum. Igitur accessiones ipsæ ex acutissimis morbis per quatuor in uiginti aut etiæ finiuntur. Verum huiuscmodi suppuratio per

## LIBER III.

Fo. 91.

dies integros nimirum fieri non potest, quippe  
quum nec annus, nec menses ipsi, integris nume/  
rentur diebus. 6.

**C** Deinde eadem ratione, atq; additione, primus  
circuitus ad quatuor & tringinta, alter ad quadra/  
ginta, tertius ad sexaginta dies perueniet.

7. 8.

**C** Sed huiusmodi morbos, qui longiori spacio fi/  
niri debent, ab initio perq; difficile est discernere,  
quod simillima sint eorum principia: animaduer/  
tere tamen a prima die oportet, atq; singulos di/  
erum quaterniores obseruare: sic enim haud ob/  
scure scies, quo se couersurus sit morbus. Ac quar/  
tanx quoq; conditio hunc seruat ordinem.

9. 10.

**C** Morbi autem tempore breuissimo finem at/  
tingentes, facilius dinoscuntur, utpote qui maxi/  
mis protinus ab initio distinguuntur differentijs:  
siquidem ad sanitatem tendentes, facile spirant,  
non dolent, dormiunt noctu, ac reliqua quoq; si/  
gna, maximam eis securitatem pollicentur. Perituri  
vero, difficulter spirant, delirant, uigilant, ceteraq;  
id genus pessima signa eis accidunt.

11. 12.

**C** Ut igitur(his sic se habentibus) morbos ad iu/  
dicium tendentes conjectura consequi oportet, &  
ex tempore, & ex singulis additionibus: ita eadem  
quoq; ratione in mulieribus morborum iudicia a  
partu numeranda sunt.

## PRONOSTI. HIPPO.

*Capitis dolor  
afflictus quam  
eo malus item  
janguinus e na-  
rius presatur.*

**C**apitis in febre uehementes, perpetuiq; dolores accedente lethalium notarū aliqua, valde sunt perniciosi : si uero nullo tali signo apparente, diem uigesimum dolor excescerit, neq; febris conquiet, ex naribus sanguinis fluorem, aut in partibus inferioribus abscessum expectabimus. Similiter dolori etiam recenti sanguinis profusio ex naribus, aut suppuratione superuenire solet, præcipe si dolor & tempora, & frontem infestauerit.

**C**Maxime uero sanguinis fluxio expectanda est in iuueniis, qui quintum & trigesimum annum nondum superauerūt : nam maioribus natu suppuratio fere oritur. 15. 16.

**C**Auris dolor acutus cum febre non intermitte, uehementiq; graue periculū minatur : nam & mentem turbat, & hominē rapit. Quum igitur anceps sit huius rei exitus, a primo protinus die omnibus signis accuratae animum adhibere oportet. Nam ex eo casu iuniores quidem intraseptimum diem, seniores uero multo tardius moriuntur : quippe qui non æque magnas febres experiuntur, neq; adeo insaniunt, proinde sustinere possunt donec suppurretur affectus. Quod si moribus hac in atate reuertatur, magna ex parte interficere solet. Sed iuniores, antea q; auris suppurrerunt, pereunt, nisi pus candidum ab ea defluens,

LIBER III. Fo. 92.

securitatem polliceatur, præsertim ubi salutarium quoq; signorum aliquod apparet.

17.

**C** Necq; leuiter terreri debemus, ubi febricitanti fauces exulcerantur: cui si aliud quoq; ex malis signis quæ supra declarauimus accesserit, in periculo hominem uersari denunciandum est.

DE ANGINA.

XVII.

**S**QVINANTIA pessima & cito mortifera est, signa deterioris speciei quo quæ in gutture non apparet, nec extat in ceruice cum rubenti tumore, dolore tamen accutissimo nante. existente, & spiritu orthomiaæ.

XVIII.

**C** Hæc mali species in prima die suffocat, aut secunda, aut tertia, aut quarta. Altera huius mali species est, cum in gutture apostema rubet, & ipsa mortifera est, tamen pigrior est prima.

XIX.

**C** Tertia uero in qua ceruix & guttur rubent, prioribus diuturnior est, & nisi tumor ad interiora redierit, spei locus omnino non resistit.

XX.

**C** Etsi delituerit, non tamen ipsa die critica, necq; propter aliquod apostema rubentem tumorē alio transduxerit, neq; putredinē patiens expuerit, uel

b

## PRONOSTI. HIPPO.

ad modicū defecerit, & si dolor requiem métitur,  
mortem ad iterationis laborem promittit.

### XXI.

**C** Bonum est autem tumorem & ruborem foras  
promineri, quod apostema si ad pulmōrem intus  
lapsum fuerit, pus ibi efficit, & amentem reddit.

## DE ANGINA.

**A** NGINA periculosisima est, celeriterq; ene/<sup>Gulich</sup>  
cat, si neq; in fauibus, neq; in ceruice quicq; ap/  
paret: si dolor uehemens est, si uix sp̄ritus trahi/  
tur: etenim eodem die rugulat, licet interdū usq;  
ad secundum, aut tertium, aut etiā quartū pro/  
trahatur.

**C** Quæ uero in reliquis quidem non minore do/  
lore afficit: in fauibus uero tumorē ruboremq;  
excitat, superiori nō minus periculosa est, sed lon/  
gius spacium habebit, præcipue si uehemens fue/  
rit rubor.

**C** Sed tum præcipue malum prolongatur, cū non  
solum fauces, sed ceruicem quoq; rubor occupat:  
maxime uero potest ab ea secunda ualetudo con/  
tingere, si rubor simul & ceruicem & pectus com/  
prehendat, neq; ad interna reuertatur erysipelas.

**Erysipela.** **C** Quum uero deletur erysipelas, sed non in de/  
cretorijs diebus, neq; in exteriōres partes conuer-

LIBER III. ~~TOMO~~ Fo. 93.

titur tumor, neq; pus screat æger, sed leuis, & a dolore immunis uidetur, id aut mortem significat, aut dolorem reuersum.

22.

**C** Tutius est & tumorem & tuborem in exteras maxime partes conuersti: si uero ad pulmones conuersio fiat, dementiam excitabit, quanq; nonnulli sic affecti magna ex parte suppurantur.

C D E V V V L A.

XXII.

**V**VAM tumidam & rubentem incidere timendū est, quia uel sanies inde sequitur, uel sanguinis fluxus nimius. Laborabis igitur ad aliam curam confugere. Et si neq; sic poteris incisionē effugere, & amplius crescit & liuescit, & si quod palato adheret subtiliatur, tunc inde, sed prius totum corpus festinabis purgare, tempore fauente, & suffocationis timore minime reluctante.

XXIII.

**C** signa & accidentia affecto loco nequaquam definita.

**C** Quorum febris per modicum lentescit, nec sanguinem finienda ægritudinis habuerit, nec febris defectus in die critica fuerit, iterationē ægritudinis habebis.

XXIV.

**C** Quibus febris permanet, neq; labore gravantur, neq; multum molestantur yuxta dolore, his

b n

## PRONOSTI. HIPPO.

apostema futurum est in iuncturis inferiorū partium post diem. 20. Quibus febres longæ, his pulsulæ, aut in articulis dolores fiunt,

XXV.

C Transactis uiginti diebus post febrem, oportet ut expectetur exitura cum pertransit ægritudo uigesimum diem. XXVI.

C Hoc autem apostema minus euenit illis, quos ætas est inferior a trigesimo quinto anno.

XXVII.

C Quibus uero ætas est prolixior, fiet apostema febribus manentibus.

XXVIII.

Febres inordinatae uagantes feb. prædiuantur quartanias. C Febribus uero inordinate uagatibus quartanæ sunt futuræ, certius tamen circa autumnum.

XXIX.

C De mutatione que accidit per etatem.

C Et sicut illis quos prædiximus apostema oritur, sic qui trigesimum quintum annum præterierunt quartanarij efficiuntur.

XXX.

Exituras in hyeme frequenter fieri. C Omne apostema magis in hyeme q̄ in alijs temporibus euenit, & amplius moratur, & si s̄ natur non reciprocatur.

XXXI.

C De uomitione spontanea.

C Quibus adsunt febres nō mortiferæ, & attestant

## LIBER III. Fo. 94.

in capite dolores, & patiētes ante se putant tanq;  
muscas uolitare, uel aliqua nigra. Et si dolor in  
uitalibus superuenerit, tubeam cholera uomitum/  
ros sperabis. Et si rigor uel frigus affuerit, & sub  
hyppocundrijs frigidū sentitur, certiorē & subitū  
uomitū sperabis, & si cibum assumunt, reñciunt.

## XXXII.

**C** Quibus ille dolor a primordio febris in capite  
est, & dolor quarta die aut quinta augetur, in se/  
ptima euadunt. Quibus uero die tertia dolor in/  
ceperit, & crescit usq; in quintam & septimā, fini/  
tur in nona uel undecima. Si uero contingat in  
decima, & urina priori similis est, in quartadecima  
die liberantur. XXXIII.

**C** Quæ uero diximus, tertianarj eueniunt æqua/  
liter uiris & mulieribus. Iunioribus uero eueniunt  
in febribus diuturnis, & in ueris tertianis.

## XXXIII.

**C** In febribus, si est dolor capit is, neq; ante ocu/  
los quibuslibet nigris apparentibus, sed ueluti  
flamma lampadibus, & sub hyppocundrio dextro  
uel sinistro sunt tēsiones & tumores, & etiam sine  
dolore, his sanguis fluxurus est de naribus.

## XXXV.

**C** De convolutione, seu spasmus.

**C** Pueris in acuta febre spasimus contingit, maxi/  
me autem si uentre constipati sunt, & uigilent,

b. iii

## PRONOSTI. HIPPO.

expaueant, & plangant, & colorē uarent, ut modo citrini, modo rubei, modo liuidi, modo uirides fiant, haec uenient pueris usq; in septimum annū, maioribus uero his & iuuenib; spasmus in febribus non contingit, nisi magnis existentibus infirmitatibus, ut est phrenesis. XXXVI.

**C** Interest ergo, tua ut multo studio pereuentes & euasiuros, siue pueros, siue iuuenes discernas, nec in qualibet ægritudine te negligenter offeras.

**C** Honestum quoq; illud est, qui sanitatem huic XXXVII.

uult promittere, illi uero morte uult pronunciare, Et in breui & in prolixa ægritudine, omnes (ut dividimus) significationes oportet dignoscere, & aequalatione perpedere, atq; vires earum conferre, causius tamen hæc in urinis & sputis facere.

XXXVIII.

**C** Et hæc est nostra doctrina in acutis passionibus, & in epidimicis ægritudinibus. i. longis, ut in cancro, & similibus periculis, ne torpeas, & tempora, praesentesq; morbos attendas.

XXXIX.

**C** De signis & indicijs quonam modo differant inter se.  
Item aliqua de temperie regionum.

**C** Scito omnes ualitudines posse euenire omnibus temporibus, quasdam tamen quibusdā magis est euenire, & quarum signa mala sunt, malas esse, quatum uero bona sunt, econtra se habere.

LIBER III. Fo. 95<sup>a</sup>  
XL.

C Adhuc significaciones quas diximus in AEthiopia & Hesperia & septentrione experti sumus.

XLI.

C Quo pacto predictiones medicorum in morbis rate sint.

C Nec desperatio aliqua te conturbet, quia longe cupletius quam existimes tibi arridebit signorum series, si ut monuimus nostrae rationi inuigiles.

XLII.

C Neque ad alias aegritudines, & ad alias præceptiones ab hac præceptione uelis diffundere, quia quæcumque determinatur nostro numero certo die rum criticorum, nostro quoque sint expositæ ordine præceptorum.

Finis tertij pronosticorum.

C DE GVRGVLIONE.

G <sup>23.</sup> GVRGVLIO si cum rubore tumescit, sine periculo præcidi non potest, etenim inflammatio sanguinis profusio ei accidit. Proinde satius est alius quibusdam auxilijs uti, quibus extenuari possit. Cum uero pallidior efficitur, uua nominari solet, quod si tum ima eius pars crassa & rotunda, summa uero tenuis uideatur, intrepide præcidi debet. Satius tamen fuerit, antea quam manus adhibeatur, aluum uacuare, si tempus id ita permittat, ut interim suffocatio hominem non præoccupet.

*Cautela nostra  
tarda.*

## PRONOSTI. HIPPO:

**C** Quibus febres, neq; salutaribus notis appar-  
tentibus, neq; in diebus decretoriis conquiescūt,  
et reuersionem timere debent.

**I**n longa febre, ex qua tamen æger liberari potest,  
si neq; ob inflammationē, neq; ob aliam ullam  
manifestam causam, dolor infestat, aut tumidum,  
aut dolorosum in articulis abscessum expectare  
oportet, præcipue in imis partibus: maxime uero  
in his atatibus, quæ trigesinta annos non excesser-  
unt, eiusmodi abscessus nasci consueuerunt, idq;  
in tempore breuiori.

**C** Non tamen expectandus est abscessus, donec  
uigesimali diem febris præterierit: is natu maiori-  
tibus raro accidit, quis longo spatio duret febris.

**C** Solet etiam continuis febribus abscessus super-  
uenire. Interpellata uero febris, eademq; errabun-  
da, in quartanam mutabitur, præcipue si autum-  
nus proximus est.

**C** Atq; ut abscessus oriuntur in his qui trigesita  
annis minores sunt, ita quartana eos qui trigesi-  
tum annum aut agunt, aut excederūt, præcipue  
corripit.

**C** Igitur scire licet, abscessus hyeme magis acci-  
dere, serius finiri, sed non facile reuerti.

32.

**C** Si cuiquam in non lethali febre caput dolet, aut ante oculos obscura quædam obuersantur, aut cordis dolor accidit, is bilem euomet. Si uento horuerit, & inferiores præcordiorū partes frigore afficiantur, citius ad uomitionē properabit, quod si eo tempore quippiam aut biberit, aut ederit, id quoq; quamcelerrime euomet.

33. 44.

**C** Quibus itaq; a primo protinus die dolor superuenerit, n̄s quarto & quinto die ingrauescit, mox in septimo liberantur. Sunt non pauci qui tertio die dolere incipiunt, quinto maxime molestantur, deinde nono uel undecimo tuti euadunt. Sed quos dolor quinto die uexare coeperit, reliqua ex proportione respondeant, n̄s decimoquarto die finitur morbus. Haec tum uiris, tum mulieribus, sed in tertianis maxime contingere solent. In junioribus uero cum in n̄s ipsis, tum præcipue in continuis febribus, atq; tertianis syncrētis.

35.

**C** Itaq; quibus in huiusmodi febre caput dolet, oculi uero obscuras illas imagines non uident, sed caligatione hebetantur, aut splendentia quadā cernere se putant, ac præ cordis dolore in alterius partē præcordia tenduntur, ac neq; dolor infestat, neq; inflammatio, n̄s pro uomitu sanguis carnis profluet, idq; præcipue junioribus accidit.

c

## PRONOSTI. HIPPO.

Si uero trigesimū annū, uel agunt uel superauerunt, uomitū potius q̄ sanguinis fluorem expectabimus.

C Si pueris in acuta febre alius nihil deficit, nec somnus accedit, sed terrentur, flent, color mutatur, ut modo paclidus, modo liuidus, aut rubet efficiatur, neruorum distentio timeri debet, utpote quae pueros, qui septimū annum nondum excesserunt, q̄ promptissime inuadit. Grandiusculos uero pueros, atq; adultos, non adeo in febribus neruorum distentio prehendit, nisi uehementis admodū malitia signum aliquod affuerit, qualia uidelicet in phreneticis uidentur.

C Ergo ex omnibus signis, ut de singulis morbis singula praescripta sunt, & morituros, & eos qui ad bonam ualestinem redire poterunt, siue pueri sint, siue natu maiores, sic conuicere oportet.

C Atq; haec de acutis morbis, atq; de is qui a eis nascuntur, dixisse uelim.

39. 40.

C Exterum si recte discernere uolueris, & morituros, & eos qui a periculo tuti sunt: & quis morbus longo, & quis breviori spatio finietur, disce omnium signorum inter se collatorum uires (ut supra demonstrauimus) accurate iudicare, tum aliorum, tum pricipue urinæ, ac sputi, cum

L I B E R III. Fo. 67.

Scilicet simul & pus & bilem æger screat. Item superuenientiū quoq; morborum impetum, ac temporum anni conditionē, accurate obseruare oportet.

41. 42.

**C** Postremo quod ad coniecturas, reliquaq; signa pertinet, haud quaquam uel ignorandum, uel negligendum est, quod quovis anno, & quo uis anni tempore, mala signa timorem, utilia uero bonam spem denuntiant. Etenim in Libya, Libya, Delos, & Delo, atq; Scythia, proposita iam signa uera esse comprobauimus. Scythia, pro omnibus pos suntur.

43.

**C** Vnde scire licet, in h̄isdem terris multo plura q; supra proposuimus, illum facile assequi posse, qui ea recte, & iudicare, & perpendere didicerit.

44.

**C** Sed nullius morbi hic non descripti nomina desiderandum est: nam omnes qui in dictis temporum spatij morbi finiuntur, h̄isdem quoq; in dictis discernuntur. Si quis male hic non dianatur, similiter tamen dignos fiantur.

Explicit tertius liber & ultimus

Pronosticorum Hippocratis.



# HIPPOCRA- TIS COI DE LEGE LIBER, M. Fabio Caluo interprete.

Medice dro  
os præstantia.



EDICA QVIDEM ARS,  
cunctis profecto artibus præstat, sed  
eorum inscritia, qui ea utuntur, aco/  
rum iudicio, qui de his hominibus  
non bene sentiunt, cunctis iam artibus inferior  
habetur. Horum autem erratio hanc mibi potiū  
simum causam habere uidetur: quoniam soli me/  
dicæ arti nulla alia poena in urbibus posita est  
Qæ poena  
malis mediis  
irrogatur.  
& irrogata, præterq; uituperationis, infamie:  
quæ quidē etrantes non punit, qui personis ma/  
xime similes sunt, quæ in tragediis producuntur.  
Figuram autem, formamue, & habitum eorum,  
quos agunt, habent, tamen illi non sunt: sic me/  
dici plurimi quidem uerbis, sermone, famaue sunt,  
opere autem, & re uera perpauci. Nam qui uere  
medicæ artis cognitionē, prudentiamue sibi para/  
turus est, commodeue ad eam sele accinget, hæc  
Qæ nece-  
saria medico fu-  
ero.  
nanciscatur & habeat oportet: Naturā, ingenio, ue,  
puerilem, disciplinā, bonos mores, laboris amore,  
tempus. Primum quidē omniū, natura, ingenioue  
opus est. Natura enim repugnante, & contrafaci/  
ente, cuneta cassa & uana sunt, que si ad optima  
ducat, scientia attis facile putatur & sit, quam cum  
prudentia acquirere oportet, discendo in puerili

etate, loco ad disciplinā cōmodo: laboris autem  
 amore, laboriositatē in multū, longūue tēpus p/  
 ducere & cōferre. Disciplina hæc uti naturaliter in/  
 sita uideatur, dextereq; & opportune maturos fru/  
 etus ferat, cuius similitudinē & in his, quæ terra  
Disciplina  
cōparato ad  
agriculturam.  
 sime, gignuntur uidere est. Nam nostra natura, seu in/  
 genium, tanq; seges & ager est, doctorū uero pre/  
 cepta, dogmataue semina sunt: disciplina autē &  
 scientia puerili etate cōparata suo tēpore est semi/  
 na in segetē, agrumue fationi paratū iactata fuisse.  
 Locus autē, quo discit̄, nutrimentū est aëris, quod  
 segeti & satis accedit: laboris uero cupiditas est,  
 opera tractatioue, & subactio agelli: tēpus autem  
 hæc omnia corroborat, pleneq; nutrit, præbetue,  
 quæ ad medicam artem, ueramq; eius cognitionē  
 conferunt. Sicq; hi, qui per urbes uagātur & uer/  
 santur, non solum uerbis & sermone, sed opere &  
 re medici censebuntur. Nam ignoratio & imperi/  
 tia malū conditorū, & thesaurus est, malumq; de/  
 positū his qui habent somniūq; est, & eius quedā  
 imago, cogitationisq; tierat prudētiæq; expers est, ti/  
 miditatisq; & ignauiae & audaciae nutrix. Timiditas  
 enim et ignauia præsele impotentia fert, sed audacia  
 artis ignorationē. Duo n. sunt, sc̄iētia, p̄flauitoue, &  
 opinio: quartū altera scire facit, secunda autē ignorare.  
Sāentia mul/  
tum differre à  
persuasione.  
 Hæc itaq; cū sacra, sanctaue negotia sint, sacris san/  
 ctisue uiris demonstrantur, p̄phanis uero fas nō est,  
 priusq; disciplinæ sacrī initientur.

Finis lib. de lego.

c iii

HIPPOCRA-  
TIS COI DE MENTE,  
SENSVVE LIBER, M.  
FABIO CALVO  
INTER-  
PRETE.

Mes quid

DOMINAENS AVTEM, SEN-  
SUSVVE, DEFECATI,  
PVRI, INTEGRIQUE  
ANIMI ACTVS ES-  
SE PERNOSCITVR. QVAE  
SI EXERCEATVR, CRE-  
SCIT, SI MINVS, MAR-  
CESCIT, DEBILITATVR,  
MINVITVRQVE: QVAE  
SVO TEMPORE, PRO-  
BE SI EXERCEATVR,  
OPTIMO CVIQUE,  
ET HONORI, ET  
EMOLVMEN,  
TO EST.

Finis libri de Mente Sensuue.

# DIVI HIPPO-

CRATIS MEDICI, PRONO,  
STICORVM LIBER, QUI,  
SECRETORVM LIBER  
N V N C V P A T U R.



I. IXIT HIPPOCRATES, cum ni/  
grum apostema in parte auris posteri/  
ori in sonnis apparuerit, æger die. xvii.  
morietur.

Cum uero in iuncturis hydropis, aut in pede  
eius apostema exuerit, post mensem, a die qua  
apparuit, æger liberabitur.

3.

Super nasum autem, si pustula nigra, aut si  
cut pannus lineus mundus apparuerit, in fine  
anni, ab apparitionis die, morietur.

4.

Et quando febriens, sub hypocundrijs sini/  
stris dolorem habuerit, & in loco apostema ap/  
paruerit, in die quarta subito morietur.

5.

Et si pustula nigri, aut pationis coloris, in po/  
plite sinistri pedis sit, pestilentia significatur.

6.

Si patiens alienatus fuerit ante tertium diem,  
morietur.

## SECRETORVM HIPPO.

¶ Et si exitura pustulae nigrae in lingua fuerit febrentis, in die non critico, mortem pronosticatur.

¶ Alienatio, cito post dolorem totius corporis, & cardiaca statim post somnum, significant abundantiam huic in corpore, & mortem subitaneam pronosticantur.

¶ Cum exierit in palpebra patientis apostema quasi auellana, sine dolore & grauitate, in .xxxiiij. die morietur.

¶ Cum exierit in summitate nasi apostema nigruum subito, cum forti dolore, in tribus mensibus morietur.

¶ Qui carent odoratu sine reumate, fere pronosticantur.

¶ Dolores iuncturatum in iuventute, breuitatem uitæ significant.

¶ Tremor genuum post somnum cum remanentia virtutis, paralysim praeditum.

¶ Cum in ancha apparuerit apostema acutum, in tribus mensibus morietur.

¶ Grauitas linguae post eius levitatem in iuventute, mortem significat subitaneam.

¶ Cum in auris cartilagine exierit apostema fortis doloris, in tribus mensibus morietur.

17.

**C** Qui patitur ephemeral, & ex eius naribus flu-  
xerit sanguis, trigesimotertio die morietur.

18.

**C** Qui dormierit oculis apertis absq; consuetu-  
dine, epilepsiam significat,

19.

**C** Quando febriens huc & illuc manibus aliquid  
quesierit, uideritq; mortuos, 15. die morietur.

20.

**C** In quo febriente apparuerint dispositiones in-  
suete, si discooperit pudenda absq; pudore, & lo-  
quitur uerba turpia, morietur omnino.

21.

**C** Alienatio in omni ægritudine pessimum.

22.

**C** Permanentia sensuum, non significat euasionem  
omnino.

23.

**C** In cuius crure apparuerit pustula cerulei co-  
loris & flammei, omnino primo mense morietur.  
Et si fuerit sine ardore & pruritu, in septem men-  
sibus morietur.

24.

**C** Pustulae nigrae & uirides, maxime mortales si  
sunt cum febre.

25.

**C** Tortura mandibulæ, uel obliquatus usus in fe-  
bre acuta, mortem statim significat.

d

## SECRETORVM HIPPO.

26.

Cuius oculi fuerint obliqui, cito alienationem significat.

27.

Cuius sensus odoratus subtilior sit insueto, surdum pronosticatur.

28.

Qui in horis non assuetis comesse appetit, humores in eius stomacho pronosticatur, qui si fuerint sparsi uel congregati mortem inferunt.

29.

Qui multum studuerit in libris philosophorū, pronosticatur uigiliam, maniam, uel melancholiā.

30.

Qui subito turpia loquitur, & quoq; subito, nocua cibaria apppetit, membrorū principaliū significat debilitatē.

31.

Qui multū sufferūt, fortis sunt complexionis,

32.

Acuitas malitiam significat intelligentiæ, temperantia uero magis est conueniens.

33.

Qui transferint secundum annum, & acciderit eis dolor renum, non curantur, sed quæ magis prosunt, sunt medicinæ a uirtute occulta operantes, qui si transferint primum, & acciderit eis phrenesis morientur.

34.

Cum febris tussisq; acciderit, & tussis recesserit subito, apostema in aliqua iuncturarum pronosticatur.

## SECRETORVM. Fo. 71.

35.

**C** Iuuenis cui acciderit pleurefis magna morietur.

36.

**C** In cuius corpore membrorum dormitio sape  
acciderit, significat ipsum mori subito propter spi/  
rituum in corpore paucitatem.

37.

**C** Qui piger est ad motum, pronosticatur dolo/  
rem iuncturarum. 38.

**C** Cuius sudor assellarum fetet, pronosticatur le/  
pram. 39.

**C** Quicunqz iuuenis habens febrem, cum dolore  
capitis, incurrens cardiacam, quasi subito  
per tres uel quatuor dies post princi/  
pium febris morietur.

Finis libri Secretorum Hippocratis.

d : ij



**L**IBER PRONOSTI,  
CORVM HIPPOCRATIS, DI-  
CTVS CAPSVLA EBVR-  
NEA, QVI IN EIVS  
sepulchro inuentus fertur.

**P**rologus in eundem librum.

**R**EVENIT AD NOS,  
q̄cum Hippocrates morti appropin-  
quaret, præcepit ut uirtutes iste scri-  
pte ponerentur in capsa eburnea, &  
poneretur capsa cum eo in sepulchro suo, ne ali-  
quis eam detegeret.

**C**ūq; Cæsar ipse magno desiderio uidédi Hippo-  
sepulchrī teneretur, ad quod dū peruenisset, ipsum  
inuenit ualde abiectū, quod præcepit subito instau-  
rari, corpusq; Hippo. Si adhuc integrum esset, ad se  
deferri iussit. At dū sic ex mandato Cæsaris instau-  
raretur sepulchrū, in eo Capsula eburnea inuenta  
est, in qua infra scripte pronosticorū uirtutes cōtine-  
bantur. Delataq; est tandem Cæsari capsula, quam  
inspiciens, suo fideli amico Misdos, tradidit.

**I**  
**C** Quando in facie infirmi fuerit apostema, cui  
non inuenitur tactus, & fuerit manus sinistra po-  
sita super pectus suum, scias q̄ morietur usq; ad  
xxij. dies, & præcipue quando in ægritudinis sua  
principio palpat sepe nares suas.

2.  
¶ Quando fuerit in utrisq; genibus apostema magnum cum uehementia sitis, scias q; morietur usq; ad octauum diem, & præcipue quando in ægritudinis sua principio sudauerit sudore multo.

3.  
¶ Quando fuerit super uenam quæ est super cervicem, quæ generat somnum, pustula parua super ipsam, sicut forma pulueris, scias q; infirmus morietur. 52. die a die quo infirmatus est, & signum est q; sit in principio sua ægritudinis sitis uehementis.

4.  
¶ Quando fuerit super linguam pustula sicut naurati. Et est naurea, quæ dicitur musca canina, aut sicut grana pentadactili, scias q; morietur in die illo, & signum est, q; desiderat in principio sua ægritudinis res calidas in suis naturis.

5.  
¶ Quando fuerit super aliquem digitorū pustula nigra parua similis orobo & dolebit, scias q; morietur in duobus diebus ab ægritudine sua. Et signum erit q; fuit in generatioe sua grauis corporis.

6.  
¶ Quando fuerit in pollice manus sinistram pustula parua similis fabæ, fusci vel pallidi coloris, quæ non dolet, scias q; in sexto die morietur a principio ægritudinis. Et signum est, quia in principio ægritudinis assellauit assellationibus multis ualde.

d ij

## CAPSULA EBVRNEA

**C** Quando in digito medio sinistri pedis fuerit pustula, cuius color est sicut tertionis aurificis, scias quod habens eam morietur. xij. die a principio ægritudinis. Et signum est, quod desiderat in principio ægritudinis res habentes acrimoniam desiderio uehementi.

**C** Quando fuerint unguis digitorum fuscum vel pallidi coloris, & in fronte fuerit pustula sanguinea, scias quod morietur in secunda die a principio ægritudinis. Et signum illius est, quia erit multæ sternutationis in principio inceptionis suæ ægritudinis, & multarum oscitationum.

**C** Quando fuerit in pollicibus duorum pedum pruritus uehemens, & fuerit color ceruicis fuscus ualde, scias quod morietur quinto die ægritudinis, ante occasum solis. Et signum est quod minxit in principio suæ ægritudinis urinam multam exuberantem.

**C** Quando fuerint super palpebram infirmi tres pustulae, quarum una sit nigra, & alia fuscum coloris & pallidi, & alia subalbedini declivis, scies quod habes eam morier. xxvij. die, a principio ægritudinis suæ. Et signum est, quod in principio erit sputi multi.

**C** Quando fuerit super palpebram unius oculi, rum pustula sicut auellana leuis fuscum coloris, sci-

HIPPOCRATIS. Fo. 73.

as q̄ morietur secunda die suæ ægritudinis. Signū  
quia in principio suæ ægritudinis dormit somnū  
multum & grauem. 12.

¶ C Quando fluit ex naribus infirmi sanguis tra/  
hens ad subalbedinem & rufedinem, & appareat  
in manu eius dextra pustula alba quæ non dolet,  
scias q̄ morietur. iij. die a principio suæ ægritudinis.  
Et signum est, q̄ non desiderat cibum omnino.

13.

C Quando apparebit in coxa infirmi sinistra ru/  
bedo uehemens quæ non dolet, scias q̄ morietur  
in. ij. die suæ ægritudinis. Et signum est, q̄ in prin/  
cipio inceptionis suæ ægritudinis, habuit pruriū  
uehementem, & desiderat comedere olera.

14.

C Quando fuerit post aurem sinistrā pustula ni/  
gra, scias q̄ morietur. 28. die suæ ægritudinis. Et si/  
gnum est, q̄ desiderat potare aquam frigidam, de/  
siderio uehementi.

C Et si fuerit dura grauis alba similis grano fru/  
menti, scias q̄ morietur uigesima die a principio suæ  
ægritudinis, in illa hora in qua apparuit pustula.  
Et signum est, quia mingit in principio suæ ægr/  
itudinis urinam multam.

15.

C Quando fuerit post aurem dextram pustula  
rubea ca. similis combustioni ignis, scias q̄ mori-

## CAPSULA EBVRNEA.

etur septimo die a principio sua ægritudinis. Et signum est, q[uod] uomit in principio ægritudinis sua uomitum multum.

16.

**C** Quando fuerit sub mento pustula rubea, in magnitudine fabæ egyptiacæ, scias q[uod] morietur. 17.  
die, ab inceptione sua ægritudinis. Et signum est q[uod] spuit in sua ægritudinis principio sputum multum.

17.

**C** Quando accidit dolor alicui in præputio & in pellicula quæ cooperit caput virge, deinde apparet in cubito pustula fusci coloris, scias q[uod] morietur quinto die ægritudinis. Et signum est, q[uod] desiderat urinam bibere in inceptione sua ægritudinis. 18.

**C** Quando fuerit super latus dextrum pustula non dolens, fusci coloris, scias q[uod] morietur nona die ægritudinis, ante ortum solis. Et signum est, q[uod] in ægritudine sua facit multis oscitationes,

19.

**C** Quando fuerit in titilico sinistro pustula fusci coloris, in magnitudine citonij, scias q[uod] morietur quintadecima die ægritudinis. Et signum est, q[uod] accidit in inceptione ægritudinis somnus multus & grauis. 20.

**C** Quando fuerint super calcaneum pustulae nigræ multæ, scias q[uod] morietur uigesimasecunda die

HIPPOCRATIS. Fo. 74.

ægritudinis. Et signum est, q̄ desiderat in principio acerem frigidum, & cibos frigidos desiderio uehementi.

21.

C Quando fuerit supra pectus sinistrum pustula subalbida, scias q̄ morietur quarto die ægritudinis. Et signum est, q̄ accidit in principio ægritudinis pruritus uehemens in oculis, & non sufficit scalperē oculos suos.

22.

C Quando fuerit in medio capitū pustula nigra sicut nux nigra lenis, quæ non dolet, morietur quadragesimo die a principio ægritudinis. Et signum est, q̄ accidit ei in principio ægritudinis desiderium melonum, & exuberantia urinæ.

23.

C Quando sub ceruice fuerit pustula parua, & in palpebra inferiori oculi sinistri pustula etiam alba, scias q̄ morietur undecima die ægritudinis suæ. Et signum est, q̄ accidit ei in inceptione ægritudinis desiderium dulcium uehemens.

Finis capsulæ Eburneæ Hippo.

HIPPOCRA.  
TIS IVSIVRANDVM,  
NICOLAO PEROTO  
INTERPRETE.

**E**STOR APOLLINEM MEDICUM, & Esculapium, Hygiamq; & Panatiam Esculapij filias, & deos, & deas omnes, me (quantum in me erit, & quantum ingenium meum ualebit) hæc omnia obseruaturū, quæ hoc iureiurando, atq; his tabellis continentur. Tributum me præceptorí meo, a quo hanc artem edocet, non minus q; parenti, a quo sum genitus, uitam cum eo communicaturū. Res omnes quas illi necessariás esse intelligam, pro uiribus meis subministraturum, progeniem eius, fratum loco habiturum. Præcepta omnia libere & fideliter traditurum, meis & præceptoris mei liberis, ceterisq; discipulis, qui se legibus medicinae astrinxerint, atq; iurati fuerint, alijs præterea nemini. In curandis ægrotis, pro uiribus, & pro ingenio meo, rebus necessarijs usurun, nemini ægritudinem dilaturum, nihil per iniuriam facturum. Rogatum mortale uenenū, nemini daturum, neq; id cuiq; consulturum, neq; mulieri prægnanti, ad interficiendum conceptum fœtum, potionem porteturum, Vitam meam atq; artem meam puram

HIPPOCRATIS. Fo. 75.

atq; integrum seruaturum. Laboranti lapillo, haud  
quaq; excisurum, sed expertis huius artis hoc ne/  
gociū permisurum. Quamcunq; domum ingre/  
sus fuero: duntaxat liberandis ægrotis operam  
daturum. Omnem iniuriam, omnem corrupte/  
lam, omne genus turpitudinis, res etiam uenere/  
as, sponte mea euitaturum, siue muliebria corpo/  
ra curauero, siue uirilia, siue hominis liberi, siue  
serui: qua inter curandum, uel videro, uel audi/  
ero, uel etiam extra curam, in uita hominum co/  
gnouero, quæ reticenda esse intelligam, ne/  
mini apertum, sed intemeratum ta/  
cturnitatem seruaturum. Præfens

igitur iusflurandum, integre,

atq; incorrupte ser/  
uant mihi om/  
nia, tam in

uita q;

in

arte

mea, pro/

spera, feliciaq;  
succedant, & gloria

in æternum parata sit.

Transgredienti uero, atq; per/  
iuro, contraria omnia eueniant.

impreca<sup>tiones</sup>  
periuri.

Iurisflandi dñi Hippocratis finis.

e n

# HIPPOCRA-

TIS IVSI VRANDVM,

M. FABIO CALVO

Rhaueninate, interprete.

Apollo.  
Aesculapius.  
Hygeia:  
Panacea.

Quae prestat  
Medicus.

**P**ER APOLLINEM MEDICVM  
Aesculapiū, Hygeian, Panaceianq; iuro,  
cæterosq; deos cunctos, deasq; testor,  
me hoc Iuslurandū, conscriptionemq;  
pro uiribus, iudicioq; meo conseruaturum, paren-  
tisq; loco habiturum eum, qui me hanc artem do-  
cuit, cum eoq; uitam, & bona communicaturū, &  
collaturum in comimnni usū, quicquidq; ei opus  
fuerit impertiturum, liberosq; eius æque ac meos  
fratres amaturum: sicq; hanc artem discere uolue-  
rint, gratuito doctrinum, sineq; conscriptione, syn-  
graphaue ulla, præceptionisq; admonitionisue, &  
auditionis, cæteræq; uniuersæ disciplinæ partem  
illis facturum, imperiteturumue. Præterea meis filijs  
ac illius qui me docuit, discipulisq; conscriptis, &  
iureiurando, medicaq; lege constrictis, nulliq; præ-  
terea alijs impertiturū: medicamentis uero, nutri-  
catuue, pro uiribus, meoq; iudicio semper ad lan-  
guentium utilitatem utar, perniciemq; & iniuriam  
a me propulsabo: medicamentū autem uenenatū,  
mortiferumue, rogatus etiam, non dabo, nec cuiq;  
ad hanc rem sublscribam, assentiarue. Similiterq;

IVSIVR AND V M. Fo. 76.  
nulli fœminæ, quo partum abigat, perdatue, me/  
dicamentum, glandulamue supposititiam dabo.  
Puram autem, castam & sanctam meam uitam &  
artem præstabo, & conseruabo : calculosos uero  
nūq̄ secabo, quod illis relinquam, qui hoc exercēt.  
Domos autem quas intrauero, ad languentium  
utilitatem intrabo : a corruptione, & iniuria om/  
ni uoluntaria quacunq; præsertim uenerea pro/  
cul abero : quacunq; præterea de & in corporibus  
uirorum, liberorum, fœminarum, seruorumq; cu/  
rando, & non curando, deq; eorum uita sensero,  
audiuero, uidero, quæ sermone non liceat aedi/  
lebo, sacra, arcanae ea esse ratus : hoc quidem  
iusurandum præstanti, conseruatiue, nullatenusq;  
peieranti, præuaricantie, mihi liceat apud  
omnes homines, omni tempore com/  
probato, summaq; existimatione,

& autoritate existenti, uita  
& arte frui, præuari/  
canti uero, pei/  
rantue ,  
contra.

Dire seu exce/  
crationes prius  
rantium.

e ij

## AD MEDICINAE CANDIDATOS.

**H**Abes præteera Lector optime, hic alios Aphorismos, ex uarijs eisdemq; gravibus Medicinæ Authoribus collectos, de quibus, nulla ante facta est propterea mentio, q; studiosa iuuentus, præcedenti opere, iam tunc fere typis absoluto, illos, prioribus Aphorismis adiungi postulauit, quo liber exiret, cum eidem Iuuētuti, tum alijs Lectoribus, & grata uarietate, & accessione alicuius recentioris utilitatis acceptior & commendatior.

Ecclesiastica  
38.

**A**Deo est omnis medela, & a Rege accipiet donationem.

Orige: Homi.  
ja. 18: cap: 14.  
sup Numeros

**Eccle. 38:** Altissimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit eam.

**Is. Meſue.** Sanat solus languores Deus, & de frugalitatis solo produxit in largitate sua medicinam, benedictus, gloriōsus, & excelsus.

**Eccle 38.** Fili, in tua infirmitate non despicias te ipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te. Auerte a delicto & dirige

S.  
ios  
ra/  
le/  
est  
dē/  
io/  
per  
us,  
oriz  
  
iet  
  
t q  
  
ru  
  
so/  
di/  
  
sed  
to  
ige

et dirige manus, & ab omni delicto munda cor  
tuum. Da suavitatem & memoriam similaginis, &  
impingua oblationē, & da locum medico: etenim  
illum domiuus creauit, & non discedat a te, quia  
opera eius sunt necessaria.

Sūmmus & optimus Deus, non solum animarū  
nostrarum, uerum etiam corporum curam gerit,  
quæ quoniā uoluit diuersis languoribus esse sub/  
iecta, quibus (ut solet aurum igne) purgarentur,  
ne forte deficerent, in hærbis & lapidibus abstru/  
sit medicamenta, quæ idcirco uoluit occultari, quia  
sciebat se rationem omnium acutissimam indaga/  
tricem nobis tribuisse.

Vt animarum custos scire de iure tenetur illa, ex  
quibus ipsarum salus dependet. Sic medicus ea,  
ex quibus corporum pendet sanitas.

Nullus est æque pertinax suasor abstinentiæ, so/  
brietatis, moderandæ iræ, fugienda tristitia, uitian/  
da crupulæ, amoris abiiciendi, temperandæ uene/  
ris, atq; medicus: nec ullius efficacius suadet: ut si  
quis uiuere uelit, & salutarē medici experiri oportem,  
prius animum a uitiorum colluuiie repurget.

QVONIAM initū sapientiæ timor est domini,  
Medicum Dei in primis amatorem esse oportet,

PROVER. 27.  
Eccl. 1.

ipsumq; timere, & in cunctis præponere, ut plenā  
habeat sapientiā, quæ a domino Deo est, qui pre/  
bet eam diligentibus se. Deum igitur in cunctis  
præpone, & ipse præponet te, honora eum & ho/  
norabit te, time eū, & cuncta securus experieris.

**D**e penitentia.  
**E**t remissione.  
**C**um infirmis.  
**T**as.

Medici corporum ad ægrotos accersiti, ipsos ante  
omnia moneant, inducantq; ut medicos aduocent  
animatorum, quandoquidem ægritudines nonnunq;  
ex peccato prouenire, nemo est qui ambigat. Itaq;  
cum fuerit infirmo de spirituali salute prius proui/  
sum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius  
procedetur, cessante enim morbi causa, cessabit &  
effectus.

Quum ex duobus constituantur homo, corpore ui/  
delicet & anima, duabus rebus indiget, uita, qua  
corpori opus est, & salute, qua animæ, hac de re  
Medicus diuites mercede curet, ut uitam lucretur  
temporalem, & pauperes gratis, ut animæ suæ ad/  
piscatur salutem.

Humilem, pium ac misericordem decet esse medi/  
cum, gratisq; pauperibus medentem, ac consilium  
sibi reuelatum sepielentem.

Alienam miseriam pudoris sociam indicare nefas  
& execrabile est.

Periti medici officium est, tuto, & celeriter, atq; iu- Fo. 79.  
cunde ægrum curare : uerum periculosa esse  
constat nimiam festinationem, & uoluptatem.

Medicinam a superis datam, non ad resistendum Auct. 3. fin.  
senectuti & morti alterationiq; naturali, uerum prim. c. 1.  
accidental, a causis ægris proueniente.

Quemadmodū oleo humidoq; ellychnij igneo ca- Ellychnij fu-  
lore consumptis, lucernæ flamma deperit. Sic hu- nialus cana-  
mido radicali, natuō calore exhausto, aura uita- binus aut flu-  
lis a corde illico discedit. pens, qui stans  
in oculo puriur.

Vt lucernæ flamma ebibit continuo id quod sibi infunditur, ut seipsam conseruet, & immortalem faciat. Sic calor naturalis, qui in nobis existit radicale humidū consumit, quo profus resoluto, accedit mors naturalis.

Cum unū quodq; corpus, aut sanitatis habite conseruatione indigeat, aut deperdite instauratione, summam medicinā dicentes esse, non uti ea, non modo delirant, sed uere insaniunt.

Vt casibus uarijs lucernæ flammā extingui sape numero contingit, sic a multis ante statutā a natura periodum, diuersis accidentibus spiritus euanescit.

f

Aeger fidelī medicorum committendus est, cuius  
error a recti distantia rarus est.

Multorum morborum ea uis est, ut certa mors  
sint, nisi præsens adsit Medicus.

Nulli medicorum sectæ mortis causas prebere co-  
uenit, nam hominum saluti, & non exitio medici-  
na quaesita est.

Docto fidoq; medico, nullum præmium satis di-  
gnum esse censuit anti quitas.

Qui nullus sit in hac uita thezaurus sanitati præ-  
ferendus. Qui medicis condignā dare mercedē recu-  
sant, recidiuat haud inmerito, aut tarde conualescūt;

Sunt qui bene merentibus gratiā non referunt, &  
ualitudine conflictantes, multa promittunt, ad uitā  
exinde revocati, conuicti inde inuicē persequūtur.

Medicus fidelis & sapiens, cognitis cognoscendis,  
quanto celerius poterit subuenit agrotanti.

Varjs auxilijs morbis expugnandus est, alioqui  
consuetudo naturam facit.

Satius est omnibus in rebus anceps auxiliū expe-  
tiri q; nullum, plurimorum sententia. Nihil

Nihil deterius est, q̄ incidere in manus infortunati Fo. &c.  
medici, aut laudati & minus sufficienter probati.

Nomine medici sunt multi, re autē per pauci reperi/ *vt supra Hippo-*  
untur, ut igitur consumatus sit medicus, huic natura *po. in lib. de*  
opus est, ingenio, doctrina, bonis moribus, puerili *Legg.*  
institutione, laborandi studio, & tempore.

Sanitatem corporis Hippocrates, animi uero Socrates, pollicetur.

Vt alimenta, sanis corporibus agricultura, sic sanitatem agris medicina promittit.

Ad ipsam curādi rationē nihil plus cōfert expiētia.

Abundāter libros peritorū ueterū relegere, & secreta corū diligēter discutere, iuuat omnē sapientē.

Operari autem secundum libros absq; perfecta ratione & solerti ingenio, molestum est.

Ingenium naturale medici, cum' paruo artis fundamento adiuuat naturā, innaturale contrariū.

Medici officiū est, rōibus p̄prijs, singula cōfirmare.

Qui in legēdīs theoricæ libris deses extiterit, in praeparandis rebus & morbis curādis, nec promptus, f n nec sa-

nec salubris usquā esse poterit.

Nemo melius morbo occurrit, q̄ cui malum maxime cognitum est.

Boni primū medici est, præter ea quæ religioni necessaria sunt, non multos ægros suscipere, uarijs enim morbis & mens opprimitur, & corpus fatigacione continua languet.

Quia (teste Hippo.) diligentia medici, ac ægroti obedientia, ministrorum idoneitas, extrinsecorumq; congruitas, ad cuiuslibet morbi curam pertineant. Ideo multæ ægritudines, quæ de sui natura sunt curabiles, ægri errore ac inobedientia, medicorum consilia respicientis, frequenter mortales sunt. Ita quoq; morbi, qui per se exigui sunt maiores curantis negligentia fieri solent.

Aeger obsequens esse debet domesticis, medicoq; præcipue, qui falli nullo modo debet, occulta enim intemperantia, soli ægro noctumento est.

Penuria inopum, uel potentum inobedientia a repte agendis medicos nonnunq; distrahit.

Prudentis medici est, insanabiles ac desperatos morbos non curare, Authore Gal. ne hominē occidisse, qui sorte sua interiturus erat existimetur.

Prudentis

Prudentis præterea medici est, eorum corporum  
curā renuere, ex quorum cura facile potest infamia  
incurrere, ut infantium, prægnantium, oculorum  
ægritudinem, lapilloq; laborantium.

Fo. 81.

Antealij morbum cures, mortis signa, si percipiās,  
ipsa præfigre oportet: pronosticatio enim incul/  
pabilem reddit de morte medicum.

Quum morum malitia, humorū maliciā frequē/  
ter insequatur, prauos succos purgantes, corpus &  
animū sanant, obidq; aiunt medicinam, non solum  
ipsa curare corpora, uerū et spiritus, cum in tēperie  
corporis, & animi quoq; sanitas simul consistat.

In cura ægritudinis nō dantis inducias, ut doloris  
intensi colici, uel anginæ, expedit medicum prom/  
ptum esse, solerteremq; ac copiosum, in exhibendis  
remedij gradatim unū post aliud sine intermissi/  
one administrando. Multi enim faciendus est me/  
dicus in remedij præsentaneis copiosus.

Spes contualescentiæ, & quam habent pacientes de  
medico fiduciā, hos promptius ad salutē reducunt.

In morbi principio querere semper medelā tutius  
est, quā tune medicū uocare, cū naturā prostrauerit  
ægritudo. Non ergo immerito prīcipijs obstandū

Sero medicina paratur.

f iñ

Quam

Ouid. de Rem.  
Amo. lib. 1.

Quam mala per longas conualuere moras.

Multum interest ab initio quis recte curatus sit,  
an perperam.

Satius est aliquibus membrū putridum auferre, q̄  
morbi uehementia sinere reliquū corpus infici.

Bonū quoq; est medicum adire, q̄ ignavia morbo  
arripi, & postea ipsum coacte accersire.

Vt is aquam a uicinis frustra sibi porrigi querit,  
cuius tota iam domus accenditur igne. Sic lan/  
guidus a medicis frustra petit auxilium, cuius om/  
nimoda uirtus a morbo prosternitur.

¶ Oportet etiam ægrotum de omnibus unde ægritudo  
nasci solet, tam exterioribus q̄ interioribus in/  
quiri, & secundum potiorem partem judicare.

Gloriosorum medicorum superbiam, & ad natura/  
le multiloquium si sapias contemnas : nec te ægrū  
interrogare per omnia pudeat, urina enim nisi mor/  
bus intra uenas existat, fallax est.

¶ Nulla ægritudo est, quæ non habeat opus inter/  
rogare infirmum.

¶ Quum signa urinarum mendosa frequenter inue/  
niantur

triantur, qui ex solis ipsarum signis, aegris mederi  
nituntur, multa incurruunt homicidia.

Præteriorum inquisitio, in morborum cognitione,  
multum iuuat medicantes.

Nulli etiam credendum est studioso medico, nisi  
ætatis & probato.

Interest medici, malignarum atq; incolumentium me-  
dicinarū differentias ac uirtutes scire, ut maligna-  
rum maliciam dum nō expedit uti, interdum repri-  
mere, uel interdū remouere: aut incolumentū bonita-  
tē roborare, aut ad loca illis egētia ipse dirigere sciat.

Satius est medico, & aegro salubrius, inter medi-  
cinas uera morborum perquirere remedia, q̄ inter  
serum nomina, ueram ipsarum inquirere dictiones.  
Nihil enim refert dicere Moschum & Muscum, id  
quod nostra ætate inter præciosissima connumera-  
tur odoramenta, & si proprie Muscus uiride illud  
est, quo per æstatem in flaminibus lapides, in sylvis  
arbores plereq; uestiuntur, Arabicis medicis Vinea  
dicitur. Saceabrum aut Zuccharum. Pistacia aut  
Fistici siue etiā dicas, Calamintha aut Calamen-  
tum, Celidonium, Kelidonia, aut Celidonus, & id  
genus alia multa, dummodo id sit, quod medetur  
oculis, aut eares sit, de qua contenditur.

Dicentium.

Dicitio est usus Dicentium dictionem considerare non decet, sed  
abulum sive eorum mentem quae in omnibus est una.

¶ Conuenit medicum efficacem esse in opere, non lo-  
quacem, quia morbi non eloquentia & uocibus,  
uerum rerum essentia & uitribus, curantur.

Vt alini pigritia, uerbere sollicitatur. Sic diuina pi-  
etas nostram corrigit negligentiam, ac uerberibus  
angustiarum excitat, nam adiectione labor, incrementum  
meritorum firmissimum (ne corruamus) munimentum est.

Omnes homines qui rationis iudicio funguntur,  
ex aggratione secum reputare debent, q[uod] magni sit  
estimanda sanitas, exindeq[ue] sibi, suazq[ue] ualetudini  
scire probe consulere.

Vt hoste semel intro admissum, non facile expellas,  
ita morbum receptum tua sponte, non poteris  
cum uelis depellere.

Diuturnis morbis agrotantes, qui sua inertia uel  
tenacitate, morbos in viscera serpere sinunt, sunt  
suimet homicidae, talium enim mors non est medi-  
cis imputanda.

Vitiosos succos, ob intemperantiam accumulanti-  
bus, accidunt interdum morbi diuturni, a quibus  
tota uita patientes se explicare nequeunt.

**C**Ut medicinarū virtus corporibus conferat, scire  
expedit medico, membrorum positionem, & eorū  
substantiam ac naturam, plasmationem, numerum  
& magnitudinem, omneinq; quam habent ad inui/  
cem positionem.

Fo. 32.

**C**Bonæ intelligentiæ medicū esse oportet, ut suæ  
mentis acumen, non modo in sciendis morbis, ue/  
rum in sciendis locis, in quibus morbi fundantur,  
operando exerceat.

**C**Aegrotantis pprietates nosse oportet, cuiq; ami/  
ca, quæque inimica sint, intelligere.

**C**Multo plus prederit tibi, si pauca præcepta tuæ  
arti necessaria seruaueris, et illa in promptu usu ha/  
beas, q; si multa didiceris, & illa ad manū nō teneas.

**C**Medicamenta pauca tibi tenenda sunt, & ea solū  
quorū iuuamento sapientius expertus cōfidere possis,  
totius enim multitudinis notitia incōprehensibilis  
est, cum enim singula inquirēdo uolueris discur/  
tere, multiplici sensuum diuersitate distractus, in  
nullo poteris fidem adhibere.

**C**Quia quotidiano medicamentorū potu natura  
uiciatur, qui nō assueuere, q; citissime periclitari cer/  
tum est. Ideo medicamentis uti, nisi in uehementi/  
bus malis superuacuum est.

g Modestus

**C** Modestus & sapiens medicus, nunq̄ ad dāndā pharmaciā, n̄i cogēte necessitate properat, quū & debilis, qua corpus non indiget, nocua sit.

**C** Quæ aut̄ palā sunt, & in quibus omnes conueniunt, & maxime quæ probasti, tene. Quæ uero in dubio sunt, & in quibus dissentiant, omitte. Illud uero non debet nos commouere, quod in sapientum di-  
ctis habentur.

**C** Gloriosi, elati, de se nimū pr̄sumentes, errore manifesto, multos occidunt impudenter.

**C** Potens mederi simplicibus, composita medica-  
menta, frustra queres. Tutiūsc̄ h̄s uti, quibus nul-  
lus error accidere potest.

**C** Ut histriones multa mentiūt, ut a rudi plebe-  
cula pecuniam extrahere possent, ac multi falso  
sibi medicorum nomen ascribētes, se facturos mi-  
racula iactitant, omnescq̄ morbos curare, ut ab æ-  
grotantibus dolose ipsi ditari ualeant.

Quibusdam iuuertēcūdis in usū est, exigui momēti  
morbū attollere, quo plus exide pr̄stituisse uideāt.

**C** Aegrorū dolores, ac morbos, lucri causa prolon-  
gantes, nummorū exactores, atq̄ tortores cor-  
porum potius q̄ medici sunt dicendi.

Bonos

**C** Bonos medicos, non pecuniam, sed sanitatem  
ægroti querere. Fol. 83.

**C** Ignari medici, ægrotū uitam, cum fiducia susci-  
pientes, atq; eos sua inscicia occidentes, uiarū grās-  
fatoribus, homines iugulatibus uidētur deteriores.

**C** Occursus morbo nullus est, qui originē ignorat.

**C** Absq; morbi certa notitia, uix aut nunq; securē  
& salubriter potest curare medicus.

**C** Si quis incognito morbo, aliquē a casu curauerit,  
non sui munera est, sed fortunæ potius.

**C** Quouis medo cures, dū ratione cures, recta est  
curatio. Corpus autē curare & animum coinqui-  
nare non decet.

**C** Cum morborū numerus quottidie inualeat,  
iporum remedia adinueuiti debent.

**C** Satius est anceps experiri auxilium, q; nullum.

**C** Dubia spes, certa desperatione est potior.

**C** Vbi plurimi concordant, & ratio attestatur, ac  
experimentū comprobat, illud ante oculos pone,  
contrario uero contrarium.

g ij Peregrina

**C** Peregrina remedia semper quietere, & præciosa  
duntaxat, impudentis est ostentationis.

**C** Medicina quæ tēperamēto uicina est, & odoris  
fera, si cibus quoq; fieri potest, optimum est:

**C** Si poterit medicus medicari cum dieta absq;  
potione, prospera euenient.

**C** Quamvis par scientia sit, utiliorem tamen me-  
dicum esse scias amicum q; extraneum.

**C** Periti medici, manū ægrotantis non protinus  
ac mentis ins- ut ueniunt apprehendunt, sed primū hilari uultu  
quietudo, & resident, & si quis eius metus sit, sermone leni, so-  
lique animi  
passiones, die- llicitudinē submovent. Nam & medici conspectus,  
ligēter arse- ac alia multa, facile uenarum rationē turbant.  
rende,

**C** Neq; ignorare medicū oportet, quæ sit ægri na-  
tura, humidum magis, an magis siccum corpus e-  
ius sit, validi nerui an infirmi, frequens ualetudo, an  
rara: eaq; cum est, uehemens esse soleat, an leuis,  
breuis, an longa.

**C** Medicus neq; in tenebris, neq; a capite ægri re-  
sidere debet, sed in loco illustri, aduersus eum, ut  
omnes notas ex uultu prospiciat.

**C** Aliter acutis morbis medendum, aliter ueustis,  
aliter

aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter iam ad sanitatem inclinantibus.

Fo. 84.

**C** Natura repugnante nihil medicus proficit.

**C** Medicus circa infirmū cōstitutus, sui sani qualitatem, & animi affectionē cognoscat, ea uero quæ illum nouerit amasse præ ceteris, aut concupiscere, ad memoriam reuocando conuenit laudare, & si lictum sit, ante oculos præsentare, aut se mox facile habiturum constanter promittere: & sic in eorum spe illum animare non desinat.

Dubie ualetudini assidere medicus debet, & uenare pulsū, uires s̄epe p̄quirere, ceterasq; notas ispicere, qui & syderalis sc̄iētiae haud ignarus sit, necesse est.

**C** Ergo quæ bona sunt auguriā denunciare debet, si quid tamē mali minatur infirmitas, necessarijs tantum significare fas est.

**C** Facile securus est aliquis in his, quæ s̄epe sine periculo, cuasit.

S̄epe pertinacia iuuantis, corporis malum uincit.

**C** Dubias ualetudines, sine certa tamē desperatiōes suscipias, necessarijsq; indicare oportet, periclitantis in diffīcili rem esse: alioqui, ut si uicta ars malo fu-

g īj erit (quem

**C**it (que madimodū sape cōtingit) uel te ignorasse,  
aut errasse indicio sit. **Q**uia  
**O**nus, de Pontu  
**lib. I, ad Ruffi.** Non est in medico semper relectetur ut æger,  
Interdum docta plus ualeat arte malum.

**N**OTA pro Phisicis glosam; in uerbo effectus, in. c. Nisi cum pridem, de Reo  
mentatione, in antiquis, quae dicitur. Non est in medico. Et quandoq; est  
uitium materie, non artificis. c. Propter sterilitatem, de locato & conducto,  
in dictis uiribus antiquis. Et ff. ad. I. aquilam. I. Si seruus.. § Si calicem. Et  
vñij. dls. Ephesij. Nec euenus mortalitatis medico qui diligens fuit, impun-  
tari debet. ff. de officio presidis. I. illudias. § si uita. Et sufficiat diligentiam  
adhibere quam potest. xvij. dis. c. ultimo. Et si negotium non habeat effec-  
tum, sufficiat si sit utiliter ceptum. ff. de nego. geslis. I. Sed an ultro. § i.

**E**ccl. Corint. i. 5. Luet non semper labore sequitur effectus, nihilominus tamen labor ipso  
meritorius est apud Deum, tamen illud Reddet Deus laborē sanctorū suorum.

**C** Magni medici se quandoq; errasse simplicius  
confiteuntur, ne cæteri, eodem errore, quo illi decepti  
sunt, decipientur.

**C** Si interrogatus semper uelociter respódeas, dubi-  
tandus es. Quod enim inconsulto ac temere dictū,  
factumue sit, id pulchrum esse nequit: impræmedi-  
tati quoq; sermones, plurima levitate, incuriaq; re-  
ferti, necq; unde sumendum exordium, necq; ubi ter-  
minandum facile suspicantur. Præter alia delicta,  
quibus extemporarie dicendum est, hi ad immoder-  
atam quandam incident multiloquentiam. Con-  
siderata uero meditatio, sermonem e congrua ua-  
gari mensura non sinit.

Remedia

**C** Remedia naturæ munera nō ostendere, & in  
arcans habere non decet, perfidiae atq; auaritiae  
crimine manifesto.

Qui ut gratia, lucruq; ac fama sibi tiendicet, dese-  
runt ægris (ut morbi interest) auxiliari, illosq; his de  
causis subire morte, apud Deum homicide reperiuntur.

**C** Ad ægrotū vocatus, cum morbum eiusq; causam agnoueris, spretis garrientium verbis (ut tua inter-  
est) ratione celeriter medicare.

**C** Discordantium medicorum turba, patientum mul-  
tos dicit ad interitum, mutua autem ipsorum con-  
uenientia, q; plurimos ad salutem reducit.

Malunt quidam uetus assentire, ut illis morem  
gerentes, ægris beniuoli uideantur, suaq; negligen-  
tia, ipsis mortem oppetere, q; doctorum canones ui-  
tiliter imitando, eos a morbis, & a morte liberare.

**C** Verū tantis est nunc medicina erroribus inuo-  
luta, ut nō modo pharmacopolis, rasoribusue, sed  
etiam uetularum deliramentis (adulationis gratia)  
medici se obnoxios reddere compelluntur.

Si mali quidpiam ægris superuenerit (curantibus  
medicis) garrientes uetus, & irrationabiles, medi-  
corum errore, id fieri declamat. Si uero quid boni,

illius immortale gloriam sibi ascribunt.

**C** Debita medicinaria ordinatio, nihil conduce  
aegro, si aromatarius medicinam uicauerit: negli-  
genter, non iuxta medici praescripta, singula medici-  
iussa exequendo.

**C** Oportet autem te infirmo salute permittere semper,  
neque unquam illum a spe deponere, & si ipse desperet.  
Complexis enim corporis, animi affectui semper inheret.

**C** Ignorari non oportet, quod non omnibus aegris  
eadem auxilia conuenient.

**C** Quemadmodum tam uicia animi, quam figurae corporis,  
ab auis, & a parentibus cadunt: ita quoque moribus  
diuturnis, & maxime si in principali membro fuerit.

**C** Mutare consuetudinem, nociuum & pessimum  
est, & maxime ueterem.

**T**empus  
abstinentia  
la medetur.

**C** Initia morborum primum famem, sicutimque deside-  
rant, neque illa res magis adiuuat laborante, quam tem-  
pestiva abstinentia.

**C** Ex consuetudine errantes, & si ex suis medicinariis  
ordinationibus, nouos iudicis committunt errores,  
tamen ob habitum a talibus discedere nequeunt.

Qui

**C**Qui per uiarū compita dominos salutare nituntur, garriētibusq; uetulis applaudere didicerūt, plus honoris ac lucri sibi uendicant, q; qui Medicinæ se creta, toto uitæ decursu ad plenū usq; rimantur.

**C**Vulgi Fama temeraria, multis errantibus, audaciam necandi homines impune tribuit.

**C**Quibus plus authoritatis est, ijs errandi quoq; maior licentia conceditur.

**C**Medici corporalis non est, in uito patiente, ipsius animales deponere passiones.

**C**Ad corporis quidē curam duplēcēm sc̄iētiām humana excogitauit industria, Medicinam atq; Gymnasticam, quarum altera sanitatem, altera bonam importat habitudinē. Animorum autē aegritudines atq; languores sola est, qua curet, medeaturq; Philosophia. Per hanc enim & cum hac scire licet, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quid iniustum, et summatum, quid diligendū, quidue fugiendū sit.

Philosophie  
commoda.

**C**Cum ex elementis quatuor constet omnis homo, omnium elementorum uirtutes, & ipsorum qualitates, scire tenetur Medicus.

**C**Sola abstinentia sine ullo periculo, medetur.

**C** Optimum medicamentum est, opportunc cibus datus.

**C** Post sacietatem, nihil est agendum.

**C** Si lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post coctionem facere oportet.

**C** Languor diuturnus peregrinationibus, aut loci mutatione fugatur.

**C** Quicqđ ad salutē corporis referatur, a salute animæ hoc sumat exordium. Quod si morbus incurabilis fuerit, uitrum sapiētem æquo illum animo ferre licebit, tanq; a Deo missum, qui nunq; percutit, nisi ut sanet, & ideo castigat, quo nos meliores efficiat. Quamobrem Dei uoluntati singula committamus semper, ut non quod ipsi cupimus præster, sed quod ille nouit, neq; noxiū, neq; inutile fore.

**C** Prodest deniq; ægro in medendo, Spes, Fidesq;



**C** VTQVE in corporibus, sic in Imperio grauissimus est morbus, qui a capite diffunditur.

## SANITATIS PRAESTANTIA

**P**YRRHVM, qui Epirotis imperita/  
uit, quiq; post Alexandrum rei milita/  
ris prudentissimus est adiudicatus, fe/  
runt, ubi immolaturus templa inuse/  
ret, non Regni ampliorem modum, nō de hoste  
Victoriam præsignem, neq; item gloriā illustrio/  
rem, aut diuitias, & id genus alia, quibus mortaliū  
pleriq; attoniti inhiant, Sed Sanitatē modo a Dīs  
comprecari solitum, Ceu parte hac bene cōstituta,  
prosperius cessura uiderentur omnia. Nam si toto  
sinu sese affundat Fortunæ afflatus, absit Vale/  
tudo recta, nullum illinc profluit emolumentum,  
quod iuuet. Propterea Antiochum cognomento  
Sotera, prælio cū Galatis congressurum legimus,  
in quiete arbitratum, Alexandrum sibi assistere,  
monereq; ut prius q; in aciem milites produ/  
ceret, nō aliud proponeret illis signum  
q; vīa vīen, idest bene ualere, quod  
cum is non neglexisset, no/  
bilem de hostibus Vi/  
ctoriam est as/  
secutus.



h ii

COVEMADMODVM SANOS AGERE  
CONVENIAT.

**S**Anus homo qui & bene ualeat, & suæ spontis est nullis obligare se legibus debet, ac neq; medico, neq; alipta egere. Hunc oportet uarium habere uitæ genus, modo ruri esse, modo in urbe, sæpiusq; in agro, nauigare, uenari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere. Siquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Prodest etiæ interdum aquis frigidis uti, modo ungī, modo idipsum negligere, nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se retrahere, modo plus iusto, modo non amplius assumere. Bis die potius q; semel cibum capere, & semper tantum, quantum concoquat. Par esse uitii germen eius, stomacho famelico cibum denegare, repleteq; & fastidienti ipsum offerre: primum, stomachū malis replet humoribus: secundum uero, & plenitudinē, & oppilationē, putrefactionemq; abscessus, & lepram, ipsamq; febrem (& id genus, alios affectus) inducit. SOMNVS diurnus, nisi qnq; obseruenatur cōditiones, nociuus est. Prima, ut talis somnus consuetus sit. Item, non mox post cibum, non depresso capite, nō longus, & ex quo nō sit repentina expergescatio. EXERCITIVM ante assumptū cibum commode fit, alio prius cōmunitibus excrementis exonerata. Cibo uero assumpto, uel sedens do quiescere

*Aliptes uincitor*  
*Aliptes uincitio.*

*Auct. 3. primi*  
*Canons de Re*

do quiescere, uel erigi stando, conuenit: atque parum deambulare utile est, quo in fundum stomachi cibus perueniat. Verum post magna exercitia parum quiescere antequam sumetur cibus est operæ preцium, oculos parum exercitari multum ad tuendam sanitatem conductit, quo soplitus naturalis calor extinetur. ANIMI motus, quantum fieri potest moderandi, præsertim ira, Maioresq; curæ & cogitationes sunt post cibum abigende. Gaudium & Letitia, in tuenda ac conseruanda bona corporis ualitudine plurimum conferunt, omnibus tamen in rebus modo adamissim obseruato.

PETRVS VEDELICIVS OBORNICEN.  
Candido Lectori S.D.

ERRATA, quæ ob typographi incuriam inciderunt, candide lector, nō adnotauī, sed ea consulito prætermisi, ratus perfacilia cognitū, & tolerabilia, ut operam sibi, uel mediocriter possit eruditus in eo præstare: uix enim humanum existimo, ita rem hanc chalcographicam administrare, ut nihil committas erroris, q; ad cam uix Argi ipsius oculi sufficerent, nedum unius atq; alterius hominis: quanq; si studiose hunc librum cū cæteris conferas in multis locis emendatum inuenies. His paucis uale, meumq; laborem æqui boniq; consule.

**C** Soli Deo, Honor & Gloria.

Dat Galenus opes, & sanctio Iustiniana,  
Ex alijs paleas, ex istis collige grana.  
¶ Hoc dicit Gle, in verbo, diuissimi. s. Nos vero, in premisso Digesto, ut.

Qui ducis uultus, & non uides ista libenter,  
Omnibus inuidetis Liuide nemo tibi.



¶ Chartarum Indicis series.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R  
S T V | X Y Z a b c d e f g h . omnes duerni.



Absolutum est hoc opus Typis & impensa Hieronymi Vietoris fidelissimi Chalcographi.  
Cracoviæ in platea Hospitalis, anno a  
partu Virginis, M. D. XXXII.  
Mense Augusto.







